

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

188 L 6 Kw 188 L-6

NOBILISS. VIRGINIS

ANNÆ MARIÆ A' SCHURMAN,

OPUSCULA

HEBRÆA,
GRÆCA,
LATINA,
GALLICA.

Prosaica & Metrica.

LVGD. BATAVOR.
Ex Officinâ Elseviriorum.

cIↃ IↃ C XLVIII.

Koninklijke Bibliotheek te 's Gravenhage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

FRID. SPANHEMIVS

LECTORI S.

HABES hîc, Lector, Opus, quale ſuperiora ſecula non vidêre, & quod ut ad felicitatem & gloriam ævi noſtri pertinet, ſic pertinebit aliquando ad admirationem poſteritatis. Una tibi Belgica Virginem exhibet non à linguarum tantùm, quæ eruditis ſunt propriæ, verùm etiam ab omni propemodum eruditione inſtructam, cujus admirandum ingenium, & omnium rerum capacem animum ultimum naturæ in hoc ſexu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

conatum jure dicas. Istis decoribus accedunt innumera alia, quæ vix omnia percenseri possunt; ita prodigè se Dei benignitas in unum effudit caput. Si vastum illi obtigit ingenium, cui nihil inaccessum, manus etiam mirum in modum obsequens tali obtigit Duci. Nec quicquam illud imperare potest, quod non exequatur ista in omni materiâ, ad stuporem usque videntium. Sed dona ista inferiora longè sunt illis, quæ præcipua ducit, pietatem sine schemate, modestiam sine exemplo, & miram morum vitæque sanctitatem, ad exemplum omne comparatam. Et quamvis maximè laudari mereatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

reatur, nihil minus tamen, quàm laudari cupit. Quod ipsum etiam supra laudem est. Ne credas etiam, Lector, Nobilissimam istam Virginem ultrò in publicum prodire, non prodit, sed producitur ab iis qui publicè interesse censuêre, ne tanta virtus tota domi lateret. Et sanè quæ hîc tibi exhibentur, extorta illi potius sunt, quàm ab eâ impetrata. Accessêre quædam ex aliorum scriniis, qui elegantissimam & verè incomparabilem in omni charactere manum, ut Pici aurum suum custodiunt. Haudquaquam verò vel curiositati meæ imputabis, vel otio, quod hoc negotium curatum voluerim, sed Amicorum aliquot prę-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſtantiſſimorum, qui id à me efflagitârunt, precibus, & ſtudio omnes ad ſeriam tanti exempli imitationem excitandi. Videbis etiam, variis quæſtionibus decimam hanc Muſam à quibuſdam laceſſitam, ut feliciſſimi ingenii ſui copiam faceret, & divitias ſuas explicaret. Tu, Lector, quod Regiis etiam Capitibus admirationem expreſſit, Caput, mirare juxta nobiſcum, & quod ſtolatus iſte Muſarum & Gratiarum doctor exemplo æquè docet ac calamo, & decus ſuum præcipuum cenſet, tuum etiam cenſeto, PIETATEM nimirum & VIRTVTEM. Perſcriptum Lugduni Batavor. Idib. Iul. CIↃ IↃC XLVIII.

Ampliſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Cernitis hic picta nostros in imagine vultus:
Si negat ars formæ, gratia vestra dabit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Amplißimo, Eruditißimoque Viro,

D. JOH. BEVEROVICIO,

Senatori & Archiatro Dordrechtano,

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

POSTREMÆ tuæ, Vir Ampliſſime, varie me affecerunt: multumque dubitavi, utrum uberior eſſet nobis ipſis gratulandi, an vero potius erubeſcendi materies, quod ad celeberrimi hujus Lycei exercitationes nos quoque invitare dignatus ſis. Nihil equidem antiquius, vel glorioſius duxerim, quam ὑπό σε ἀγωνοθέτε καὶ βραβεύτε ad palæſtram hanc literariam introduci; ubi cœleſtis veritatis certamen, victoria, & denique triumphus, cum tanta celebritate ſpectanda exhibentur, ut ejus fama fructuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

que copioſiſſimus non una amplius regione aut regno circumſcribi queat. Nullis profecto æque ac hujuſmodi deliciis oblectari ſoleo, nec te hac in parte fefellit tua de noſtris ſtudiis opinio. Verumenimvero haud leviter rubore ſuffundor, quod, ſive amico quodam errore, ſive humanitatis quadam exuperantia tantam mihi eruditionis laudem tribuis, ut etiam à noſtro ingeniolo aliquid luminis illuſtri huic quæſtioni fœnerari poſſe exiſtimes; præſertim vero cum tot primaria hujus ſæculi ingenia in hoc unum nervos omnes intendiſſe videantur. Humanius igitur facis quam pro viribus meis, quod à me petis ut marmoreum è Parnaſſo faſtigium imponam huic operi omnibus undequaque numeris abſoluto. Quod ſi ultro mihi arrogarem, jam vel nullum plane tenuitatis noſtræ ſenſum retinerem, vel certe rei, de qua quæritur, difficultatem neutiquam perſpicerem. Ne tamen in ſuſpicionem veniam apud te, quaſi in caſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

castra Arcesilai Scepticorum principis, qui in neutram controversiæ partem decidendum esse putabat, ne erroris periculo vir sapiens se objiceret, transfugere animum induxerim: non possum quin aliquid respondeam ad exagitatam hanc quæstionem, quam nobis non tam investigandæ, uti censeo, veritatis, quàm ingenii nostri exercendi causa proponere voluisti. *Vides*, inquis, *vitæ humanæ terminum à quamplurimis distinguiratione Dei & nostri; hac mutabilem, illa fixum plane & immobilem esse.* Quam assertionem eorum esse video, qui singulis mortalibus certum immotumque vitæ suæ terminum æterni Numinis decreto immutabiliter constitutum esse affirmant. Quorum sententię ut ego libens subscribam, haud exigua me movet veritatis hujus evidentia. Nam uti in se continet omnia divina majestate dignissima, inque admirationem ejus cultumque animos hominum convertit; ita per omnia symmetriâ qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

dam pulcherrimâ ſibi reſpondet. Quocirca nemini melius, quod olim Cicero de Stoicis prædicabat, quàm hujus doctrinæ aſſertoribus adaptaverim: *Mirabilis eſt*, inquit, *apud Stoicos contextus rerum. Reſpondent extrema primis, media utriſque, omnia omnibus. Quid ſequatur, quid repugnet, vident: & ut in Geometria, prima ſi dederis, danda ſunt omnia.* Minime injucundum nobis foret hæc paulo fuſius proſequi, niſi id affatim ante me præſtitiſſent quotquot in hoc ſcripto clariſſimorum virorum pro hac ſententia militant. Tanta autem orationis tum pondere, tum elegantia hanc telam prætexuêre eximii inter alios Theologi, D. Rivetus, & ὁ μακαρίτης D. Weſterburgius, denique vero vel ipſis cornucopiis locupletior D. Voetius, ut, dum mea circumſpicio, non minus quidquid habeo ad manum ſupellectilis, quam quod non habeo, nobis deeſſe videatur. Quidquid ſit, ſaltem libere, & quemadmodum à me ſtipularis, ἐξ ἄκρης μυελοῦ ψυχῆς,

5. De finib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ψυχῆς, quod ſentio, ediſſeram. Jam redeo ad tuam quæſtionem. Ajunt itaque noſtri, vitæ humanæ terminum & mobilem, & immobilem recte appellari. Atqui lepide contra hæc infers: *nonne quocunque modo diſtinguatur, idem eſt terminus, cum ſit terminus?* Videntur ſane prima fronte meram λογομαχίαν exercere, & verborum inaniis eruditas aures delaſſare, ſi terminum ſcilicet in ſe conſideres quod ad ipſam, ut loquuntur, ἐνέργειαν: nam hic valet axioma illud Philoſophicum, *Vnumquodque dum eſt, neceſſario eſt.* Verum quia non ſolum hic de ipſo termino, quatenus ille extra cauſas ſuas jam actu exiſtit, ſed inprimis de virtute ac proprietate cauſarum controverſia eſt; quid per terminum mobilem, quidve per immobilem intelligant, operæ pretium fuerit aliquanto altius repetere. Per hunc nihil aliud eos deſignare arbitror, quam vitæ noſtræ exitum in ordine ad cauſam primam, hoc eſt, ſi eum in divina præſcientia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ac dispositione spectemus, velut futurum quoddam contingens immutabiliter determinatum: per istum vero mortem fortuitam & ἀόριστον φύσει in ordine ad causas inferiores, inque suo genere liberas & contingentes. Proinde, licet idem hic terminus ad immutabile τῆς πρώτης καὶ καθολικῆς αἰτίας decretum, ejusque perpetuum cum causis secundis concursum comparatus certus sit, nec ulla ratione mutandus; tamen quia vi pariter ac virtute causæ subordinatæ & particularis, ejusque proprio quodam operandi modo libere ac contingenter producitur, vertibilis mobilisque nuncupari optimo jure potest. Illud apertius nobis declarat Scholasticorum coryphæus, cum sic inquit: *Effectus ultimus non sequitur causam primam in necessitate, vel contingentia, sed causam proximam, quia virtus causæ primæ recipitur in secunda secundum modum recipientis, & non secundum modum recepti.* Nimirum id omni cura præcavere satagunt, ne causis

Thom. tract. de præsc. & prædest. Cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

causis ἐνδεχομένοις, præsertim voluntariis, vim ullam à virtute, sive influxu causæ principis, quæ omnis libertatis fons est & origo, inferri concedant. Graviſſime in hanc ſententiam peroravit Picus Mirandula, quem Phœnicem ac delicias Muſarum, atque alumnum Philoſophiæ vocat alter ſeculi ſui Phœnix Ioſ. Scaliger, quando fatum Theologice notare dicit, *pendentem à divino conſilio ſeriem ordinemque cauſarum, ſub quo nihil noſtra libertas periclitetur, cum ſimus & nos inter has cauſas, nec in hac chorea fati patiamur tantum, ſed agamus. Sive igitur Dei prævidentiam, ſive providentiam, hoc eſt, ſive mentem illius omnia præcognoſcentem, ſive voluntatem ex ſuo placito omnia diſponentem attendas, nullum fit præjudicium liberis actionibus noſtris. Nam ſi prævidentiam, cur non libere facio quod prævidit Deus me facturum: nam ſi erit quod ille prævidit, utique libere faciam, quod libere me facturum ille prævidit. Sed & quia erit quod voluit, voluit au-*

In Aſtrolog. lib. 4. cap. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tem me esse liberum, libere agam quicquid agam, nisi ipse mihi voluntatem ademerit.

Quæ cum ita sint, palam est, utrumque hoc (ut phrasi utar Philosophica) περὶ ἑτέρᾳ λεγόμενον, uni eidemque termino non inepte assignari: præsertim cum sine hac distinctione neque primæ causæ, neque secundæ, sua dignitas ordoque constare queat. Supereſt alius nodus quem postremo annectis. *Quid ei opis à mutabili, cui instat decretorius?* Quid tum proderit Medici prudentia? quid ægroti temperantia? quid denique medicamentorum usus, si mortem fato imminentem nullo pacto remorari valent? Nihil utique fatendum est; quando scilicet hæc ἐξ ἐναντίας divinæ voluntatis tantummodo aspicimus. Vnicum illud oraculum Regum sapientissimi satis est omnibus (ut ita dicam) dejiciendis mortalium machinis: אַיִן חָכְמָה וְאֵין תְּבוּנָה וְאֵין עֵצָה לְנֶגֶד יְהוָה׃ סוּס מְרוּכָן לְיוֹם מִלְחָמָה וְלַיהוָה הַתְּשׁוּעָה׃ *Non est sapientia, non prudentia, neque consilium*

Prov. 21. 30.

lium contra Dominum. Equus inſtruitur ad diem belli, à Domino autem datur ſalus. Libet hic aſcribere verba Aben Eſræ Rabbinorum facile doctiſſimi, qui hunc locum egregie כלומר ינצל מירו באחת מחס אף על פי שיכינו סוס לנוס בעבור יום מלחמה אין יכולת להמלט ולהושיע נפשם כי לשם התשועה והוא יתננה למי שירצה: Id eſt, ſi ad verbum reddatur, non eruetur *ex manu ejus* (ſcilicet Domini) *per unum ex illis*) nempe ſapientiam, prudentiam, conſilium.) *Quamvis enim parent equum ad fugiendum propter diem prælii, non erit potentia evadendi & ſalvandi vitam ſuam: quia Iehovæ eſt ſalus, & dabit eam cuicunque voluerit.* Cæterum nihil magis ad normam ſanioris Philoſophiæ, quam ut Deum Opt. Max. ſuo fine excidere non poſſe ſtatuamus. Quandoquidem ipſe ſolus eſt ἄπον αὐτοτελὲς, & ut præclare ait Seneca, *prima omnium cauſa à qua cæteræ pendent.* Omnia nimirum huc quaſi ad centrum ſuum ultro contendunt: quoniam (teſtante Apoſtolo) ἐξ αὐτοῦ καὶ *Lib. 4. de ben. cap. 7.* *Rom. 11. 36.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

καὶ δι' αὐτὸς, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Accedit experientia & consensus quidam universalis : cujus segetem uberrimam à nobilissimo doctissimoque viro D. Salmasio jampridem respublica literaria exspectat. Mihi vero hic paucula tantum delibasse sufficerit; & quidem inter alia eminet aurea illa Alcorani, quamvis cætera stolidi & detestabilis, sententia: أَللَّهُ غَالِبٌ عَلَىٰ أَمْرِهِ وَلَٰكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يَعْلَمُونَ *Deus triumphat in sua causa, etiamsi id homines plerique ignorent.* Omnes fere Poëtæ Gentiles in hoc consentiunt: quorum unum audiamus è multis :

Surat. Ioseph. Mech. vers. 12.

Pind. Pyth. ode. 12.

--- Τόγε μόρσιμον ἁ πάρ-
Φυκτον.

Fatale decretum inevitabile est.

Quocirca quidquid hic contra homines moliuntur, non injuria irridet vatum ingeniosissimus :

Tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Tantumne aliquis sibi posse videtur,
Fata quoque ut superet.

Nec id modo perspexêre, verum aliquando altius penetrant, ut Adrastus ille apud Euripidem: *In Eurip. Supp.*

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τὰς πολυπόρους βροτὰς
φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιαῦθ', ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

O Iupiter, quidnam miseros homines
Dicunt sapere? ex te enim pendemus,
Et talia facimus quæcunque tu vis.

Sed examussim ad scopum nostrum collimat gravissimus ille Lyricorum Simonides,

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
Πάντων ὅσ' ἐστι, καὶ τίθησ' ὅπη θέλῃ.
Νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν οὐκ ἐφημέροις
Ἔστ', ἀλλ' ἐφημέριοι βροτοὶ δὴ ζώομεν,
Ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσῃ θεός.

Quæ Buchananus sic vertit.

Penes tonantem est exitus rerum Iovĕ,
Fili, arbitratu cuncta qui gerit suo:
At mens hominibus nulla momentaneis
Est, in diemque vivitur mortalibus,
Prout quidque Numen singulis finiverit.

Neque

Neque mirum, cum peſtis bellique tempore nunquam non invitis pectoribus divina ſe ingerat providentia, ſi vim caſu majorem rerum motibus intervenire animadverterint. Id paſſim teſtantur melioris notæ hiſtorici, qui, dum accuratius eventuum cauſas obſervant, ultro in partes veniunt. Non te latet quid olim hac de re ſenſerit Græcorum antiquiſſimus, cujus verba hæc ſunt: Ξεῖνε, ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ: *O hoſpes, quod divinitus contingere debet, homo à ſe nulla arte avertet.* Et auguſta ſane oratione rem expreſſit rerum Eccleſiaſticarum ſcriptor eximius: τῆς θείας ἐπιμαχίας προνοίας τοῖς τῶν ἀνθρώπων βουλεύμασί τε καὶ πράγμασι, πονηρὸν αὐτοῖς ἅπαντα τὸ τέλος, καὶ σφόδρα τοῖς ἐννοήμασιν ἐναντιώτατον. ὅτε γὰρ βουληφόρος ὁ βουληφόρος, ὅτε ἀνδρεῖος ὁ ἀνδρεῖος, ἀλλὰ καὶ τὰ σοφὰ βουλεύματα πρὸς ἄσοφον τελευτῶσι πέρας, καὶ τὰ γυναῖα καὶ ἀνδρικώτατα πράγματα, ἀνανδρόν τε καὶ μάλα αἰσχρὸν τὴν ἥτταν καρπούμενα. *Vbi divina providentia*

Herod. 9.

Niceph. Greg. lib. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

dentia non commilitat consiliis actionibusque hominum, malus ius exitus obvenit, & cogitationibus valde adversus. Nam tunc neque vir consultus, consultus est; nec fortis, fortis; sed etiam sapientissima consilia insipienter desinunt, & generosa maxime ac fortia facta turpem & infamem exitum consequuntur.

Quin & ea, quæ passim apud hujus generis autores occurrunt, nullo studio, nullaque prudentia humana, vel minimam circumstantiarum à Deo præfinitam, eludi posse demonstant. Ut Livius narrat, Alexandrum Epiri regem, tametsi omnia præcavere studeret, ne ad locum sibi (uti præmonitus erat) fatalem accederet, tamen effugere non potuisse, quo minus ibidem morti occumberet: eoque hanc sententiam, ceu vulgo notam, orationi interserit: *Vt ferme fugiendo in media fata ruitur.* Haud multum abludit quod de Macrino suo commemorat Herodianus, qui, postquam nihil non ad celerem hujus im- *Lib. 8.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Imperatoris perniciem vergere perſpexerat, ita concludit: Ἐχρῆν ἢ ἄρα Μακρῖνον ἐνιαυτῷ μόνῳ τῇ βασιλείᾳ ἐντρυφήσαντα, ἅμα τῷ βίῳ καὶ τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι. Quod interpres ejus elegantiſſimus ita reddit. *Sed ita ſcilicet fato datum fuerat, ut uno duntaxat anno princeps Macrinus in deliciis abſumpto ſimul cum vita imperium amitteret.* Ultimam lineam libet afferre è divinis hiſtoriis, à quibus nullum provocandi jus eſt. Locus eſt de Propheta regio perquam eximius Actor. 13. 36. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Quæ doctiſſimus interpres ſic vertit, *Nam David quidem poſtquam ætate ſua inſervivit Dei conſilio, obdormivit, & appoſitus eſt patribus ſuis.* Unde recte elicimus, vitæ noſtræ terminum eſſe propria ſua periodo divinitus circumſcriptum; ac proinde à nutu ſummi Numinis, in quantum certo futurus eſt, totum ſuſpendi. At quis forte excipiet, vocem γενεὰν eſſe πολύ-

σημον

ὅρμον, & sæpe aliud quam ætatem hominis significare. Fatemur quidem aliâs aliter eam accipi: hic tamen id, quod volumus, designare, ex ipso contextu luce clarius evincitur, quia de vita Davidis, morte ac sepultura loquitur Apostolus. Ad majorem vero hujus rei evidentiam conferre licebit alia S. Scripturæ loca, in quibus spatium vitæ nostræ proprie denotat, ut Actor. 14. vers. 16. nec non Actor. 8. vers. 33. ubi respondet Hebræo דור, Iesaiæ 53. quod hic & alibi non raro sonat seculum, sive seriem temporis constitutam: & à Græcis 70 interpretibus vertitur γενεά. Verum hic tempus aliquod commune, seu ἀόριστον non indicari, restrictio hęc ἰδία satis perspicue ostendit. Hinc itaque manifestum est, frustra mortales, quod Deus decrevit, irritum facere conari. Quoniam vero id potissimum controvertitur, an ab æterno omnia futura, tam contingentia, quam necessaria, prædeterminarit, & sic quidem, ut, quæ semel voluit, ipse

ipſe immutare nequeat : juvat hic mentem noſtram aliquanto latius explicare. Ne vero præ nimia ſedulitate tædioſæ prolixitatis rea peragar, uni tantum Scripturę loco, qui inſtar omnium erit, preſſo, ut ajunt, pede inſiſtam. Is occurrit Ieſaiæ 46. ubi Deus noſter ſic loquitur. *Ego ſum Deus, & nullus ultra Deus, neque quidquam mihi ſimile eſt. Quia annuncio à principio poſtrema, & ab exordio ea quæ nondum facta ſunt, qui dico, & conſilium meum ratum eſt, & quidquid volo facio.* Quis non videt, hæc tria velut ἀλύσει ἀλύτῳ inter ſe connecti, & divinæ præſcientiæ certitudinem, & decreti ἀμεταβλησίαν, & exequutionis ἐξουσίαν? Quicunque hic aliquid laxat, totum amittit: quippe totidem ſignis diacriticis ab idolis ſe vult diſcerni unicus ille opifex rectorque univerſi. Quanta igitur foret audacia, ne dicam ſacrilegium, ſi quis decretum à præſcientia, exequutionem vero à decreto ſejungere moliatur? Olim de virtutibus moralibus aſſeruit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ruit Philoſophus, eas ſcilicet in modum coronæ ſibi invicem inſeparabiliter eſſe innexas: id multo magis de divinis exiſtimandum eſt. Vnde enim præſcientiæ certitudo, ſi decretum hic nullum agnoſcimus? An à cauſarum, ſive apoteleſmatum contingentium μελλησία? At quidquid contingens eſt antequam exiſtit, plane incertum eſt, & in neutram partem determinatum: ſiquidem id quod nondum eſt, ſe ipſum determinare non poteſt. An igitur ab ipſa præſcientia? At illa, juxta hanc opinionem, non magis certitudinis futurorum, quam noſtra ſcientia rerum præteritarum, & jam actu exiſtentium, cauſa eſt. Enimvero quantum à divina diſcrepet noſtra ſciendi ratio, egregie declarat Aquinas: *Res naturales ſunt mediæ inter ſcientiam Dei, & ſcientiam noſtram. Nos enim ſcientiam accipimus à rebus naturalibus, quarum Deus per ſuam ſcientiam cauſa eſt. Vnde ſicut ſcibilia naturalia ſunt priora quam ſcientia noſtra, &* P. 1. qu. 14. art. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mensura ejus, ita scientia Dei est prior quàm res naturales, & mensura ipsarum. Sicut aliqua domus est media inter scientiam artificis, qui eam fecit, & scientiam illius qui ejus cognitionem ex ipsa jam facta capit.

De civit. Dei lib. 7. c. 29.

Recte igitur cum B. Augustino magno illo Ecclesiæ tibicine *illum Deum colimus, qui naturis à se creatis & subsistendi, & movendi initia finesque constituit, qui rerum causas habet, novit atque disponit.* Et ut idem alibi loquitur: Qui *secundum illam voluntatem suam quæ cum ejus præscientia sempiterna est, profecto in cælo & in terra omnia quæcunque voluit, non solum præterita, vel præsentia, sed etiam futura, jam fecit.*

Nihilo levius peccat is qui mutabilitatem ejus Decreto adscribit: siquidem hic jure nobis vindicamus illud,

--- διὸς ἐτελείετο βυλή,

--- *Iovis est perfecta voluntas.*

Quod autem imperfectionem involvat voluntatis vertibilitas, utpote quę aut

aut inconſtantiam animi, aut ignorantiam neceſſario præſupponat, manifeſtum eſt. Quomodo enim niſi ex cognitione boni antea ignorati, quod nondum voluerat, velle inciperet: vel ex improviſa, ſive rerum, ſive propoſiti ſui mutatione, quod ante voluerat, velle deſineret? Hinc Seneca de Natura Dei diſſerens non injuria quærit: *An majeſtatis diminutio ſit, & confeſſio erroris, mutanda feciſſe?* & continuo hac argumentatione concludit: *Neceſſe eſt enim ei eadem placere, cui niſi optima placere non poſſunt: nec ob hoc minus liber & potens eſt, ipſe enim eſt neceſſitas ſua.* Natur. quæſt. lib. 1. cap. 1.

Huic optime reſpondet quod de ſimplici natura adſtruit Philoſophus: ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν. Tanta hujus veritatis ἐνέργεια eſt, ut Seneca vel ipſos adverſarios judices appellare non dubitarit: *Sapientis quoque Viri ſententiam negatis poſſe mutari: Quanto magis Dei? cum ſapiens, quid ſit optimum, in præſentia ſciat, illius divinitati omne præſens ſit.* Quæſt. nat. lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

c. 36. Ad ſummam, quæ præclare admodum de numinis immutabilitate ratiocinatur magnus ille Plato, optimo jure huc transferimus: Πότερον (inquit) ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον μεταβάλλων ἑαυτὸν, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αἶσχιον ἑαυτοῦ; Ἀνάγκη (ἔφη) ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴπερ ἀλλοιοῦται. δὲ γάρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸ θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶ). Ὀρθότατα (ἦ δ' ἐγὼ) λέγεις. Καὶ ἔτως ἔχοντος, δοκεῖ ἄν τις σοὶ, ὦ Ἀδείμαντε, ἑκὼν αὐτὸν χείρω ποιεῖν ὁπηοῦν ἢ θεῶν ἢ ἀνθρώπων; Ἀδύνατον ἄρα (ἔφη) καὶ θεῷ ἐθέλοι αὐτὸν ἀλλοιοῦν. ἀλλ', ὡς ἔοικε, κάλλιστος καὶ ἄριστος καὶ ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὑτῶν, μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ.

Plat. de Rep. lib. 2.

Vtrum (inquit) *in melius & pulchrius mutatur vel in pejus & turpius ſe ipſo? Neceſſe eſt in pejus, ſi modo mutatur. Non enim indigum pulchritudinis & virtutis eſſe Deum dicemus. Rectiſſime loqueris. Verum cum hæc ita ſe habeant, crediſne, ô Adimante, tu, ſua ſponte aliquem, ſive Deum, ſive hominem, deteriorem ſe facere? Impoſſibile illud. Impoſſibile igitur, Deum mutare ſe velle. Sed, ut videtur, pulcherrimus optimuſque cum ſit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

sit Deorum quisque, quoad fieri potest, omnes sua in forma sempiterna & simplici permanent. Hic si quis essentiam magis quam voluntatem divinam ab autore intendi putet, non magnopere resisto: verum id mihi concedi velim, duo hæc unum idemque esse, nec in Deo revera distingui. Nam apud Christianos extra omnem dubitationis aleam est effatum illud S. Hilarii: *Quidquid in Deo est, Deus est: totum quod in eo est, unum est.* Sed næ ego hæc operose prosequor, cum Apostolus aperte testetur de Patre luminum, quod apud eum non sit παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Jam vero Deum, quæcunque sic decrevit, etiam potenter exequi, ipsi gentiles constanter asseverant. Nosti illud Pindari, *Iac. 1. 17.* *Pindar. Ryth. Ode 11.*

Θεὸς ἅπαν δὴ ἐλπίδε-
σι τέκμαρ ἀνύει.

Deus omnem pro votis
exitum peragit.

Omnia huic regimini subesse, summa pariter & infima, necessaria &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

voluntaria, tam perſpicue ex utraque Theologia probatum eſt à noſtris heroibus, ut ſatius fuerit hac opera ſuperſedere, quam ad faſtidium uſque eadem, ut ajunt, oberrare chorda. Quomodo autem Deus regat agentia κῆ προαίρεσιν: an tanquam cauſa moralis ſeu ἄιτιον (uti vocat Philoſophus) συμβολικήν: an vero tanquàm cauſa Phyſica, ſcio in ſcholis quam graviſſimas moveri quæſtiones. Mihi vero optime hanc litem dijudicare videtur magnus ille Mirandulanus comes, quando inquit:

In Aſtrol. lib. 4. cap. 5. *Certe non ſolum præcognovit Deus voluntates noſtras, ſed & præordinavit. nec cum id Gregorius Nyſſenus, Damaſcenuſq; negant, videntur aliter negare, quam ut admoneant, cætera quidem per voluntatem divinam, electiones noſtras per illam cum noſtra etiam voluntate diſponi: ita tamen, ut non modo cogitationum noſtrarum eventus, ſed & ipſæ cogitationes, ipſa conſilia, ipſa propoſita, nec regum tantum, ut ſcriptum eſt, ſed omnium corda, in manu Dei ſint, qui ſolus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſolus omnia moderatur, & nunc in his, quæ nec ad vitium attinent, nec ad virtutem, inclinans voluntatem quo libitum illi, ſi ſic decreti alicujus ſui exigat abſolutio, nunc virtutes in nobis, ſed & nobiſcum, inchoans, & perficiens inchoatas, nunc à virtutibus ad vitium motos, permutans ad juſticiam, vel admovens virgam pædagogi pro miſericordia, vel comminuens hallucinatus pro juſticia, omnia ſemper, aut bona, aut occaſiones certe faciens bonorum. Fatemur quidem nulli mortalium pervium eſſe, quomodo ſcilicet arcana illa & mirabilis divinæ providentiæ vis ita voluntates hominum ſuaviter potenterque flectat, ut libere ac ſponte ſua id ipſum quod Deus decrevit, eligant ac proſequantur. Verum quis dicat mentem humanam menſuram eſſe rerum, nec ideo pro veris recipi debere, quia captum noſtrum, cujus anguſtias vel in minimis ſcientiarum experimur, excedunt? Quemadmodum in montem altiſſimum aſcenſurus, hoc magis ſollicite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

viæ, quantumvis difficili, insistit, quo periculosius infra se videt præcipitium: ita nos quoque, dum errorum exitialium syrmata nexusque deprehendimus, cum primis veritati adhæreſcamus, ne ab abysso hujus mysterii absorbeamur, ut præclare in sua epistola præfatus est vir nobis amicissimus D. Colvius. Hactenus ea sum prosecuta, quæ magis religionem tangunt: nunc quomodo inter hanc Theologiam, & inter Medicinam conveniat, pauciſſimis attingam. Non intempestive hic mihi in mentem venit gravissimi illius Philosophi, quibinas rei cuilibet ansas esse affirmat, multumque interesse utrum hanc, vel illam primo arripias. Etsi vero nostra sententia ab hac parte, qua nobis eam objeciſti, durior quibusdam videtur: tamen ne hic quidem adeo incommoda est, ut non multis nominibus cæteras antecellat. Atqui statuit, nullam curam, aut scientiam, quidquam valere adversus ea quæ Deus fieri decrevit. Sit ita sane,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ne, nec tamen hinc, vel utilitatis aliquid, vel existimationis decedit medices professoribus. Scimus enim illorum esse officii, non ut occulta Dei consilia eludere laborent, sed ut vim morbi frangant, dolores deleniant, vireſque naturales refocillent; etiam tum maxime, quando mortem certo imminere vident. Porro ipsa conscientiæ lege constringimur, ut suam quisque vitam, ceu depositum aliquod pretiosissimum divinitus sibi concessum, omni studio & industria conservet. Huc spectat egregium illud monitum Ciceronis: *Piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus à quo ille est datus, ex hominum vita migrandum est.* Ad-

In somn. Scip.

hæc experientia passim testatur, cujuslibet ætatis ac temperamenti ægrotos, post omnem curam à medicis, etiam peritissimis, adhibitam, in fata concedere. Jam vero quid medicinæ interest, utrum nudam Dei præscientiam, an cum decreto conjunctam; voluntatem ejus immobi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lem, an potius, ob ἀβεβαιότητα ἀβεπιστάσιαν, mobilem ſtatuamus, cum interim & ars medici fine ſuo excidat, & morientis ſemper idem ſit terminus? Nec ideo adſpernamur Hippocrates, Æſculapios, Galenos, quod eos Apollinis, ſive idoli cujuſdam vice, ut olim mos erat Gentilibus, non adoremus: ſed multo pluris à nobis fiunt, quando illos tanquam organa, vel potius συνεργοὺς ipſius vitæ ſanitatiſque autoris, veneramur. Deinde ut ut res evenit, nunquam non benigne de iiſdem judicabimus. ſi enim feliciter; in eorum opera & dexteritate peculiarem Dei manum favoremque agnoſcimus: ſin vero ſecus; ſcimus quam vere dixerit Nazianzenus, Θεὸς μὴ διδοὺς μηδὲν ἰσχύς πόνος. Unam tantum ſollicitudinem nobis reliquit, ut, quam nobis impoſuit, provinciam curemus ſedulo ante rerum eventum, poſt vero in hoc uno ſecure acquieſcamus, quod ille ſic voluit, qui niſi optima velle non poteſt. Audiamus, obſecro, divinam illam

illam Epicteti vocem; Ἀεὶ μᾶλλον θέλω τὸ γινόμενον· κρεῖττον γὰρ ἡγεμὼν ὁ θεὸς θέλῃ, ἢ ἐγώ. προσκείσομαι, ἀκόλουθος καὶ ἀκολουθῶ ἐκείνῳ σὺν ὁρμῇ, ὀρέγομαι, ἅπαξ σὺν θέλω. *Semper magis volo quod Deus vult, quam quod ego. Adjungar & adhærebo illi, velut minister & assecla: cum illo appeto, cum illo desidero, & simpliciter atque uno verbo, quod Deus vult, volo.* Hic unica halcyonia curarum æstibus; hic animorum per ancipitia fluctuantium statio tutissima: hic denique terminus in quo mente & calamo acquiesco. Vale vir eximie, cum lectissima tua conjuge, liberisque carissimis, & nominatim cum illa filiola quam sapientię ac linguarum studiis te nuper initiasse accepimus. Deum Opt. Max. ex animo precamur, ut annuere velit laudatissimo huic instituto; aliosq; ad tui imitationem incitare: quo plures umbratilis hujus vitæ brevitatem scientia ac virtute pensare discant. Ultrajecti VI Id. Feb. CIↃ IↃ CXXXIX.

ANNÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ANNÆ MARIÆ A SCHVRMAN, PROBLEMA PRACTICVM.

Ad Reverendum & Clariſſ. Theologum

D. ANDREAM RIVETUM.

NVM Fœminæ Chriſtianæ conveniat ſtudium Litterarum?

Nos *affirmativam* tueri conabimur.

Præcognita hæc præmittimus. Primo, ex parte Subjecti; deinde etiam Prædicati.

Voces Subjecti omnis ambiguitatis ſunt expertes; nam *Chriſtianam* fœminam cum dico, intelligo profeſſione atque reipſa talem.

Voces Prædicati ſunt primo ſtudium Litterarum.

Stu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Studium inquam (ut cæteras ejus significationes prætéream) hic sumitur pro sedula atque alacri animi applicatione.

Litterarum vocabulo intelligimus cognitionem linguarum, & Historiarum, Disciplinas omnes ; tum superiores, quas facultates ; tum inferiores, quas scientias philosophicas appellant. Solam Theologiam Scripturariam, propriè sic dictam, excipimus: quippe quam omnibus Christianis convenire extra controversiam ponimus.

Secundo, occurrit vox an *conveniat*, hoc est an expediat, aptum sit, ac decorum ?

Vocibus ita distinctis, res ipsæ distinguendæ sunt.

Sunt enim *fœminarum* aliæ ingeniosæ, aliæ verò stupidiores ; aliæ iterum inopes, aliæ locupletiores ; aliæ denique negotiis seu curis domesticis magis, aliæ minus, involutæ.

Studia litterarum distinguuntur vel in *Vniversalia*, quando nempe omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nibus Disciplinis simul operam damus; vel in *particularia*, quando unam aliquam linguam, aut scientiam cum facultate quadam addiscimus.

Limitationes itaque adhibemus.

Primò, ipsius *Subjecti*; ut fœmina nostra ingenio saltem mediocri sit prædita, & ad discendum non prorsus inepta. Secundò, sit mediis necessariis instructa; nec obstet omnino res angusta domi. Quam exceptionem ideò hic affero, quia paucis contingit ea felicitas, ut parentes habeant qui eas ipsi erudire, aut velint, aut possint: nec absque sumptibus præceptorum opera hac in regione conduci queat. Tertiò ut ea sit temporum & sortis ejus conditio, ut à vocatione generali sive speciali, nimirum exercitiis pietatis, sive rei familiaris negotiis aliquando ei vacare liceat. Quod ut consequatur facile, præstabit partim in ætate puerili à curis negotiisque immunitas, ac libertas: partim, in provectiori ætate vel

Depuellarum eruditione quę partim apud divites extraneos, partim domi erudiebantur, legendi *Liv. lib.* 3. *Plin. Epist.* 17. *lib.* 1. *Athen. lib.* 1. *Plut. lib. de Educ. liber. Gordia. l.* 15. *de negot. gest. Forner. ad Cassiod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

vel cælibatus, vel miniſterium ancillarum, quæ etiam matronas locupletiores à negotiis domeſticis magna ex parte liberare ſolent. Quartò, Finis ei ſit, non vana gloria, & oſtentatio; aut inutilis quædam curioſitas; ſed præter finem generalem, Gloriam Dei, ſcilicet, & animæ ſuæ ſalutem; ut & ipſa tanto melior evadat ac felicior; & familiam (ſi id ei muneris incumbat) erudiat ac dirigat, & toti etiam Sexui, quantum fieri poteſt, proſit.

Limitationes Prædicati.

Studium Litterarum ſic limito, ut omnes quidem honeſtas diſciplinas, ſive univerſam ἐγκυκλοπαιδείαν, ut vocant, Chriſtianæ fœminæ (tanquam proprium ac univerſale hominis bonum ſeu ornamentum) convenire omnino arbitrer: ſed ita tamen ut pro dignitate, ac natura cujuſque ſcientiæ, ſive artis; nec non pro ipſius puellæ ſeu fœminæ captu, ac ſorte, ſingula ſuo ordine, loco ac tempore ſibi in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

invicem inter discendum succedant, aut commode conjungantur. Inprimis verò ratio habeatur istarum scientiarum, sive artium quæ proximam habent cum S.S. Theologia atque virtutibus moralibus connexionem, iisque primario ministrant; quo in genere esse putamus Grammaticam, Logicam, Rhetoricam; cum primis autem Logicam, quam clavem omnium scientiarum non nemo disertè nuncupavit: deinde Physicam, Metaphysicam, Historiam, &c. nec non Linguarum præsertim Hebraicæ ac Græcæ notitiam: quæ omnia ad faciliorem ac pleniorem S. Scripturæ intellectum, (ut nihil jam de aliis autoribus dicam) nos promovere possunt. Cætera, nempe Mathematica (quo etiam refertur Musica) Poësis, &c. Pictura, & similes quasi liberales artes egregii cujusdam ornamenti sive oblectamenti vicem obtineant. Denique illa studia quæ praxin spectant jurisprudentiæ forensis, rei militaris, artes perorandi in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

in Templo, Curia, Academia, velut minus propria aut neceſſaria non admodum urgemus. Interim tamen à Scholaſtica, ſive Theoretica (ita loqui liceat) iſtarum rerum, præ cæteris autem nobiliſſimæ Diſciplinæ Politicæ cognitione fœminam excludi nequaquam concedimus.

Limitamus verbum quod *conveniat*, ſive expediat ſtudium litterarum, non tanquam proprium, ſeu requiſitum, præciſe ad æternam ſalutem neceſſarium: nec quidem tanquam bonum, quod ad eſſentiam ipſam faciat beatitudinis hujus vitæ: ſed ut officium ſeu medium quod plurimum ad ejuſdem integritatem conferre queat: Atque adeo per rerum pulcherrimarum contemplationem ad amorem Dei, & æternam ſalutem tanto facilius promovere.

Sit igitur Theſis noſtra.

FOeminæ Chriſtianæ convenit ſtudium Litterarum.

Cui confirmandæ argumenta hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

adferimus primo ex parte Subjecti: deinde etiam, Prædicati.

I. *Argumentum ex proprio Subjecti.*

Cuicunq; naturâ indita ſunt principia, ſeu potentiæ principiorum omnium artium, ac ſcientiarum, ei conveniunt omnes artes ac ſcientiæ: Atqui fœminis naturâ indita ſunt principia ſeu potentiæ principiorum omnium artium ac ſcientiarum.

Ergo Fœminis conveniunt omnes artes ac ſcientiæ.

Propoſitio probatur: quia cui conveniunt principia ſeu potentiæ principiorum, ei convenit notitia concluſionum, quæ ſua natura ex iiſdem educuntur.

Aſſumptio probari poteſt, tum ex proprio formæ hujus Subjecti, ſive rationis humanæ: tum ex ipſis actibus ſeu effectis, ſiquidem fœminas actu ſcientias & artes quaſlibet addiſcere manifeſtum eſt: actus verò nulli ſine principiis eſſe poſſunt.

II. *Ar-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

II. *Argumentum à proprio Subjecti.*

Cui naturâ ineſt ſcientiarum artiumque deſiderium, ei conveniunt ſcientiæ & artes:

Atqui Fœminæ naturâ ineſt ſcientiarum artiumque deſiderium. Ergo.

Majoris ratio patet, quia Natura nihil facit fruſtra.

Minor probatur, quia quod ineſt toti ſpeciei; ineſt etiam ſingulis individuis. Atqui omnis homo (ut exſerte ſtatuit Philoſophus *Metaphyſic. lib.* 1. *cap.* 2.) naturâ ſcire deſiderat.

III. *Argumentum à proprio ſeu adjuncto externo.*

Quemcunque Deus creavit vultu ſublimi, & in cœlum erecto, ei convenit rerum ſublimium ac cæleſtium contemplatio ac cognitio.

Sed Fœminam Deus creavit vultu ſublimi, & in cœlum erecto. Ergo.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

IV. *Argumentum.*

Quicunque maxime indiget solidâ ac perpetua occupatione, ei studium Litterarum maxime convenit:

Atqui Fœmina maxime indiget solida ac perpetua occupatione. Ergo.

Majoris consequentia probatur: quia nihil perinde omnes animi motus in se intendit, & (ut magnus inquit *Erasmus*) nihil ita totum puellæ pectus occupat, ut studium, quò ipsi tanquam ad Asylum, quacunque occasione confugere licebit.

In Epistola ad Budeum ubi de institutione filiarum Thomæ Mori disserit.

Minor probatur duplici hac ratione.

1. Cuicunque propter imbecillitatem ac inconstantiam ingenii sive temperamenti, nec non innumeras mundi illecebras maximum est à vanitate periculum, illa maxime indiget solida ac perpetua occupatione:

Atqui Fœminæ propter imbecillitatem, &c. Ergo.

Majorem iterum probare licet: quia contraria contrariis optime curantur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tur : nec quicquam vanitati validius resistit, quam seria ac perpetua occupatio.

Minorem extra controversiam esse putamus ; cum vix ulla quamvis heroica virtus, seculi ac juventutis Sirenas, nisi circa res serias ac solidas occupetur, superare possit.

2. *Ratio* qua probatur *Assumptio*, sive *Minor* IV. Argumenti.

Quicunque abundat otio, is maxime indiget solida ac perpetua occupatione:

Atqui Fœminæ, quibus splendidior sors est, ut plurimum abundant otio. Ergo.

Majoris consequentia iterum probatur, primo quia otium per se est tædiosum, imo onerosum; ita ut merito dixerit divinus Nazianzenus, Μεγίστη πρᾶξις ἡ ἀπραξία. 2. quia Otia dant vitia. Nam

Homines nihil agendo male agere discunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

V. *Argumentum.*

Cui contingit vita tranquillior ac liberior, ei convenit ſtudium Litterarum.

Atqui Fœminis paſſim contingit vita tranquillior ac liberior. Ergo Fœminis paſſim convenit ſtudium Litterarum.

Majoris ratio manifeſta eſt, quia nihil eſt tam amicum ſtudiis, ac tranquillitas & libertas.

Minorem probamus hoc argumento:

Cuicunque, ut plurimum, ſibi ipſi vacare, & à curis negotiiſque publicis immunem eſſe contingit, ei contingit vita tranquillior & liberior:

Atqui Fœminæ (præſertim in cælibatu) ut plurimum contingit ſibi ipſi vacare, &c. Ergo.

VI. *Argumentum.*

Cui convenit ſtudium ſcientiarum principalium, ei & convenit ſtudium ſcientiarum inſtrumentalium ſive adjuvantium.

Atqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Atqui Fœminæ Christianæ convenit studium scientiarum principalium &c. Ergo.

Consequentia *Majoris* valida est; quia

Cui finis convenit, ei quoque conveniunt media legitima, quibus ad finem istum consequendum facillime promovemur:

Sed scientiæ instrumentales, sive adjuvantes sunt media legitima, &c. Ergo.

Minor probatur eò, quod fœminæ Christianæ convenit studium, sive assidua ac seria meditatio verbi divini, notitia Dei, ejusque operum pulcherrimorum inspectio, ut quæ ad omnes Christianos ex æquo pertineant.

Quemcunque domi potius apud se quam foras apud alios, oblectationem quærere oportet, ei convenit studium Litterarum:

Atqui fœminæ domi potius apud se, quam foras apud alios, &c. Ergo.

Major est verissima, quia studia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

hanc prærogativam obtinent, ut ſemper comitem habeant voluptatem, quamvis alios inſuper comites non habeant: unde juxta Græcum Proverbium ſapiens dicitur, αὐτοπροαίρετος καὶ αὐτοπαθής.

Minoris ratio nihilo obſcurior eſt; quia Apoſtolus vult fœminas eſſe, οἰκουρὰς Tit. 2. 5. Deinde experientia ipſa teſtatur, quarum linguæ, aures, oculi ſæpius peregrinari, & foris delicias aucupari ſolent, earum fidem, diligentiam, imo pudicitiam à pleriſque in dubium vocari.

VII. *Argumentum à genere Prædicati ſeu ſcientiæ.*

Cui convenit omnis virtus in genere, ei & conveniunt ſcientiæ & artes:

Atqui Fœminæ convenit omnis virtus in genere.

Ergo Fœminæ conveniunt ſcientiæ & artes.

Major patet ex diviſione virtutis, in intellectualem & moralem, ſub qua, priori inquam, ſcientias & artes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

artes complectitur Philoſophus.

Minor probatione non indiget, ſiquidem virtus (ut ait *Seneca*) nec cenſum nec ſexum eligit.

VIII. *Argumentum à Fine ſcientiarum.*

Quidquid intellectum hominis perficit & exornat, id fœminæ Chriſtianæ convenit.

Atqui ſcientiæ & artes intellectum hominis perficiunt & exornant. Ergo.

Majoris ratio eſt; quia omnibus creaturis convenit ſui ipſius ultima ac ſumma perfectio, ad quam omnibus viribus eas contendere oportet.

Minor probatur; quia ſcientiæ & artes ſunt habitus, quibus potentiæ naturales intellectus humani perficiuntur.

Bonum additum bono (ut ait Philoſophus in topicis) *facit majus bonum.*

IX. *Argumentum.*

Quæcunque ſuâ naturâ ad majorem Dei amorem, ac reverentiam in nobis excitandam conferunt, ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

conveniunt fœminæ Chriſtianæ:

Atqui ſcientiæ & artes ſuâ naturâ ad majorem Dei amorem ac reverentiam excitandam conferunt. Ergo.

Majoris veritas luce clarior eſt; quia omnibus hominibus convenit amor Dei perfectiſſimus, & ſumma reverentia: adeo ut hîc in exceſſu peccare nemo poſſit.

Minor probatur hoc Argumento:

Quidquid Deum ac divina opera cum gradu eminentiori nobis ſpectanda ac cognoſcenda exhibet, id ſuâ naturâ ad majorem Dei amorem ac reverentiam in nobis excitandam confert:

Atqui ſcientiæ & artes Deum ac divina opera cum gradu eminentiori nobis ſpectanda ac cognoſcenda exhibent. Ergo.

Majorem iterum probamus tali argumento:

Quidquid revera eſt pulcherrimum, optimum ac perfectiſſimum, id quanto magis cognoſcitur, tanto magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

magis diligitur, ac reverentia seu celebratione dignius habetur:

Sed Deus, omniaque ejus opera sunt pulcherrima, optima, &c. Ergo.

Minor item probari potest, ex fine seu effectis scientiarum, quarum nulla est quæ non ad faciliorem magisque distinctam Dei, ac divinorum operum cognitionem quamplurimum conferat.

X. *Argumentum.*

Quicquid nos præmunit contra hæreses, earumque insidias detegit, id Fœminæ Christianæ convenit:

Atqui Scientiæ, &c. Ergo.

Majoris ratio evidens est; quia nemo Christianorum in hoc communi periculo suum officium negligere debet.

Minor probatur; quia sanior illa Philosophia est velut lorica, & sepes (ut Clementis Alexandr. verbis utar) Dominicæ vineæ, seu doctrinæ Servatoris: vel (quæ similitudo magno Basilio placuit) cum Euangelio collata;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lata ; est instar foliorum quæ ornamento ac *præsidio* sunt ipsius fructibus. Nimirum rectâ ratione ratio notha sive corrupta, quâ hæreses potissimum nituntur, facillime revinci potest.

XI. *Argumentum.*

Quæcunque prudentiam docent absque ullo famæ ac modestiæ detrimento, ea Christianæ Fœminæ conveniunt.

Atqui studia Litterarum prudentiã docent absque ullo famæ &c. Ergo.

Major est in confesso ; cum nemo ignoret honorem fœminei sexus esse tenerrimum, nec ullius fere rei eam magis indigere, quam Prudentiæ: deinde quam difficilis res sit atque aleæ (quod dicitur) plena, ex ipso usu sive experientia prudentiam haurire.

Minor probatur, quia scripta doctorum virorum non tantum præclara præcepta, sed & exempla pulcherrima nobis depromunt, & quasi manu nos ad virtutem ducunt.

XII. *Ar-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

XII. *Argumentum.*

Quicquid facit ad veram animi magnitudinem, id fœminæ Christianæ convenit.

Atqui Studium Litterarum facit ad veram animi magnitudinem. Ergo.

Majorem probo, quia quo quisque suâ naturâ ad vitium pusillanimitatis est proclivior, hoc magis virtutis oppositæ subsidio indiget. Sed fœmina suâ naturâ &c. Ergo.

Minor probatur, quia scientia animos hominum erigit, & iis rebus, quæ vulgo timeri, aut impotenter affectari solent, larvam detrahit.

XIII. *Argumentum.*

Quicquid eximia atque honesta voluptate animum hominis perfundit, id fœminæ Christianæ convenit:

Atqui studium Litterarum eximia atque honesta voluptate &c. Ergo.

Majoris ratio probatur; quia nihil est naturæ humanæ magis consentaneum, quam eximia ac honesta voluptas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ptas, quæ ſimilitudinem quandam divinæ lætitiæ in homine repræſentat: quod & magnifice deprædicat Ariſtot. 7. Ethic. 13. his verbis. Voluptas natura divinum quid eſt inſitum mortalibus.

Minor probatur, quia nulla eſt voluptas (ſola ſupernaturali illa Chriſtianorum excepta) neque ingenua mente dignior, neque major iſtâ, quæ ex ſtudio Litterarum conſequi ſolet, quod cum exemplis, tum rationibus variis facile eſt evincere.

XIV. *Argumentum ab oppoſito.*

Cui non convenit inſcitia ſeu ignorantia; ei convenit ſtudium Litterarum:

Atqui fœminæ Chriſtianæ non convenit inſcitia, &c. Ergo.

Major confirmatur hoc argumento:

Quicquid per ſe non tantum eſt cauſa erroris in intellectu, ſed vitii in voluntate ſeu actione, id fœminæ Chriſtianæ non convenit.

Atqui

Atqui inſcitia ſeu ignorantia per ſe eſt cauſa erroris &c. Ergo.

Majoris ratio iterum oſtenditur. Primo, reſpectu erroris in intellectu; quia ignorantia ſeu inſcitia in intellectu (qui animæ oculus dicitur) nihil aliud eſt quam cæcitas & caligo, quæ omnis erroris cauſa exiſtit. Secundo, oſtenditur reſpectu vitii in voluntate ſeu actione; quia Quidquid per ſe reddit homines ſuperbos, feroces, &c. id eſt cauſa vitii in voluntate ſeu actione:

Εἰ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; *Mat. 6.*

Atqui ignorantia ſeu inſcitia per ſe reddit homines ſuperbos, &c. Ergo.

Majoris ratio eſt evidens.

Minor probatur; quia quo quiſque ſe minus noverit, eo magis ſibi ipſi placebit, alioſque contemnet: Et qui, quantum neſciat, neſcit, is pulchre ſapiet ſibi. Deinde (ut de ferocitate ſubjiciam) Nihil eſt intractabilius inſcitiâ, quod Eraſmus non ſemel expertus teſtatur: &, ut divini Platonis ſententiam hic referam, ὁ ἄνθρωπος παιδείας μὴ ὀρθῆς τυχὼν, θειότατον ἡμερώτατον

6. de Legib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ρώτατόν τε ζώων γίγνεσθαι φιλεῖ. μὴ ἱκανῶς ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον μᾶλλον ὁπόσου φύσῃ. Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes, Emollit mores nec ſinit eſſe feros.

Denique, oſtendi poteſt periculum inſcitiæ reſpectu vitii, ex ipſius vitii, ac virtutis natura; Cum enim ad omnem actionem virtutis requiratur tanta ἀκρίβεια, ut eam omni ex parte ad normam rectæ rationis reſpondere ſit neceſſe, ad plenam vitii rationem vel minima ἀπειρία, quæ ſponte ignorantiam ſequitur, ſufficete poteſt.

Teſtimonia & exempla hic brevitatis cauſa omitto.

REFUTATIO ADVERSARIORUM.

PRæcognita hæc, præmittenda eſſe putamus.

Primò ſunt quidam adverſariorum qui neſcio quibus præjudiciis quaſi exoculati, non limitant noſtrum ſubjectum:

jectum: sed putant ex thesi nostra sequi, nullum neque ingeniorum, neq; sortis delectum esse habendum, quo minus illi conveniat prædicatum.

Sunt præterea, qui non alium studiorum finem videntur agnoscere, quam aut lucrum, aut gloriam inanem: nisi publicis muneribus inserviant, quod est πρῶτον ac satis pudendum ψεῦδος; quasi prorsus supervacaneum sit, διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἀγνοιαν philosophari. *Arist. lib. 1. Metaphys. cap. 2.*

Sunt denique, qui studia convenire fœminæ non utique negant: sed tantum eminentiorem scientiæ gradum; quos forte divexat æmulatio, aut certe metus, ne aliquando eveniat illud: πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. Et alterum illud antiquissimi Poëtæ:

Vos etenim juvenes animos geritis muliebres,
Illa virago viri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

THESIS ADVERSARIORUM.

FOeminæ Christianæ (nisi siqua forte peculiari quodam motu sive instinctu ad id fuerit divinitus excitata) non convenit studium Litterarum.

I. *Argumentum ex parte subjecti.*

Cuicunque est ingenium imbecillius, ei non convenit studium Litterarum; Atqui Fœminæ est ingenium imbecillius. Ergo.

Majorem probabunt, quia ad studium Litterarum requiritur ingenium firmum ac validum: nisi frustra laborare velimus: aut in periculum incidere ἀῤῥωστίας τῆς Διανοίας. *Minorem* in confesso ponent.

Respondemus ad *Majorem*; limitatione nostra tales eximi, quæ ob imbecillitatem ingenii ad studia sint prorsus ineptæ, quando mediocria saltem ingenia hic requiri statuimus: deinde dicimus non semper heroica inge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ingenia ad ſtudia præciſe eſſe neceſſaria: ſiquidem & doctorum virorum numerum ex mediocribus paſſim colligi videmus.

Ad *Minorem* reſpondeo; non eſſe illam abſolute veram; ſed collatè tantum ad ſexum maſculinum. Nam etſi fœminæ cum excellentioribus illis viris (qui ſunt velut ἀετοὶ ἐν νεφέλαις) non poſſint ingenio comparari: tamen res ipſa loquitur, non paucas tales reperiri, quæ non ſine fructu ad ſtudia admitti queant. Sed

Quin è contrario inferimus.

Quicunque minus ingenii dexteritate pollet, ei maxime convenit ſtudium Litterarum.

Atqui fœmina minus ingenii dexteritate pollet. Ergo.

Majorem probamus, quia

Quicunque naturæ donis minus eſt inſtructus, ei maxime conveniunt ea media ac ſubſidia, quibus iſtis defectibus mederi poſſit:

Atqui ſtudia Litterarum ſunt ea media ac ſubſidia, &c. Ergo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

II. *Objectio.*

Cuicunque animus ad ſtudia no
inclinat, ei non conveniunt ſtudia:
Atqui fœminis animus ad ſtudi
non inclinat. Ergo.

Majorem probant, quia nihil agen
dum eſt invitâ (ut ajunt) Minervâ.

Minorem probabunt ex ipſa con
ſuetudine; quia rariſſimè fœminæ a
ſtudia animum applicant.

Reſpondemus ad majorem, di
cendum fuiſſe; Cuicunque omnibu
legitime tentatis mediis animus a
ſtudia non inclinat, ei non conve
niunt ſtudia: Alioqui negatur conſe
quentia.

Ad minorem dicimus; non poſſ
quemquam de noſtra erga ſtudia in
clinatione recte judicare, priuſquam
nos optimis rationibus ac mediis a
ſtudia capeſſenda inſtigaverit: ſimul
que eorum dulcedinis guſtum ali
quem dederit; quamquam interea
exempla nobis non deſunt quæ con
trarium verum eſſe evincunt.

III. *ob-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

III. *Objectio.*

Quemcunque deſtituunt media ad ſtudia Litterarum neceſſaria, ei non conveniunt ſtudia Litterarum:

Atqui Fœminas deſtituunt media &c. Ergo.

Major non eſt controverſa.

Minorem probare conantur, quia non dantur hodie Academiæ & Collegia in quibus ſeſe exercitare queant.

Sed conſequentiam hanc negamus: ſufficit enim ut ſub ductu Parentum, aut privati cujuſdam præceptoris ſe domi exercitent.

IV. *Objectio.*

Quorum ſtudia fine ſuo proprio excidunt, ei parum conveniunt ſtudia.

Atqui Fœminis ſtudia fine ſuo proprio excidunt. Ergo.

Major probari poteſt, quia Finis eſt cujus gratia omnia fiunt.

Minorem probant eò, quod ad mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nia publica Politica, Eccleſiaſtica, Academica &c. rariſſimè, aut nunquam promoventur.

Reſpondemus ad *Majorem*, fœminas in ſpeculativis ſcientiis fine ſuo nequaquam fruſtrari: in practicis verò, (quas modo commemoravimus) etſi non primarium, ſive publicum illum finem; tamen ſecundarium, ut ita dicam, magiſque privatum conſequuntur.

V. *Objectio.*

Cuicunque ad vocationem ſuam excolendam pauca ſcire ſatis eſt, ei non convenit ἐγκυκλοπαιδεία, neque ſublimior ſcientiæ gradus:

Atqui fœminæ ad vocationem ſuam excolendam pauca ſcire &c. Ergo.

Majoris conſequentiam probant; quia ſupervacua, aut à vocatione ſua aliena agere nemini convenit.

Minorem probabunt; quia ſcilicet fœminæ vocatio arctis omnino limitibus includitur; nimirum vitæ pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

privatæ ſive œconomicæ terminis.

Omiſſa *Majore*,

Ad *Minorem* reſpondemus, ambiguitatem eſſe in vocibus, primo *vocationis*: nam ſi hic intelligunt vocationem vitæ privatæ, quæ publicis muniis opponitur, dicimus eadē ratione omnibus etiam viris vitam privatam degentibus ἐγκυκλοπαιδείαν ſeu ſublimiorem ſcientiæ gradum denegari; cum tamen graviſſima Plutarchi ſententia de omnibus & ſingulis, cujuſcunque ſtatus hominibus jure pronuntiet, Δεῖ τὸν τέλεον ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ πρακτικὸν τῶν δεόντων. Sin vocationem intelligunt ſpecialem, quæ aut rei familiari, aut curis œconomiæ inſervit; dicimus univerſalem illam quæ ad omnes, qua aut Chriſtiani, aut ſaltem homines ſumus, cum primis pertinet, per iſtam neutiquam excludi. Imo auſim aſſerere, virginem poſtremæ huic potiſſimum vacare poſſe ac debere; utpote quæ à prioris iſtius impedimentis ut plurimum liberior eſſe ſolet. Hæ ἄγα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

μ@ μεριμνᾷ τὰ τ῀ Κυρί8. 1 Cor. 7. v. 34.
Secundò, ambiguitas est in vocibus, *satis est:* cui tollendæ suffecerint quæ supra, sub limitatione vocis An *conveniat*, de necessitate studii Litterarum, diximus.

Stat igitur Thesis nostra.

Fœminæ Christianæ convenit studium Litterarum.

Unde consectariũ hoc elicimus.

FOeminas optimis ac validis rationibus, Sapientum testimoniis, ac deniq; illustrium fœminarum exemplis, posse ac debere ad hoc vitæ genus amplectendum excitari; imprimis autem eas quæ otio, aliisque mediis ac subsidiis ad studia Litterarum præ cæteris sunt instructæ. Et quia præstat ab ipsa infantia melioribus studiis mentem imbui: igitur ipsos parentes primariò instigandos, atque sui officii seriò admonendos esse putamus.

EPISTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

EPISTOLÆ

Aliquot de eodem Problemate, inter excellentissimam Virginem

ANNAM MARIAM A SCHVRMAN,

ET

D. ANDREAM RIVETUM, S. S. Theol. Doctorem.

Viro Clarissimo

D. ANDREÆ RIVETO, S. D.

QVOTIES mecum cogito, Vir Reverende, in quantum me tua devinxerit humanitas, quamque apud alios de me senseris honorificè, nihil gratius fateor, neque felicius obtigit unquam, quam à cultura etiam tenui, tam uberes fructus. Atqui jam mirari desinet, quænam ad tanta mihi concilianda bona impulerit ratio, quicumque eas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

in te novit virtutes ac colit; cumque vagæ hac tempestate stellæ & caducę plerumque sint, converterim me ad unicum hoc amicitiarum firmamentum. Nec tamen adeo seculi hujus ignara sum, ut credam malevolorum existere neminem, qui vana ostentandi ingenii spe, huc me adductam fuisse asseveret: sed Deus mihi testis est, quam ob institutum vitæ genus habuerim scopum longè ab ejusmodi ambitione aversum. Hæc quanquam feram levius, quorum aliter conscia mihi sum, gaudeo tamen te nullum reliquisse scrupulo locũ: quippe qui, pro animi in me candore, tam benignè interpretatus es omnia, ut spem certè hactenus quam in uno magnam conceperam, fefelleris nunquam. Hinc igitur, augescente nimirum fiducia, fas amplius non puto te quicquam studiorum meorum vel nugarum potius, celare. Annus nunc, aut circa est, ex quo libellum conscribere Gallicè (quod nempe virginibus quã maximè probari linguæ illius lepos ac ele-

elegantia ſolet) conatus aliquis fuit: in quo optimam otio noſtro fruendi rationem iiſdem perſuadere (licet ab effectu magis quam à viribus) contendam. Quoniam verò præter ordinem in partibus ejus excultum eſt nihil, nec alio loco imagines inventioneſq; quam umbræ ac tenebræ habendæ ſint, nondum eum cenſui cenſura tua dignum, ut tantæ nimirum lucis minimè capacem. Neſcio tamen quo occulto Genii ductu ad te, utiq; ducem ſuum & auſpicem futurum properet, imò aliquando, ſi Deus faverit, per omnia obſtacula perventurus. Illum intereà intimis venerabor precibus, ut diu incolumem te cum tuis omnibus ſervet, ſingulorum exemplo, atque omnium, hoc eſt Eccleſiæ ſuæ ornamento. Vale vir candidiſſime, & me inter amantes ac colentes tui haud poſtremam cenſe. Trajecti XII. Idus Jan. Anno CIↃ IↃ C XXXII.

Tibi, ac perinde optimo cuique placere ſtudens,

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

Excel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Excellentissimæ & eruditissimæ Virgini,

ANNÆ MARIÆ A SCHURMAN,

P. S.

Nobilissima virgo. Si laudes tuas apud alios deprædicaverim, feci quod debui. Neque enim est ingenui & candidi pectoris, intus premere & apud se solum admirari, quod aliis si innotescat, & honorificum est ei cujus dotes laudantur; & aliis utile esse potest, tum ut exemplo ad honestam æmulationem incitentur; tum ut Deo adscribant grati, quod sexum etiam vestrum ornaverit tali splendore literarum & bonarum artium: documento præsentibus & posteris, non ingenii aut judicii defectu pleraſque fœminas talia non tractare, sed quod animum ad ea applicare nolint, vel non liceat per alias & humiliores occupationes, nec etiam expediat multas hoc vitæ genus eligere, sufficiatq; si nonnullæ ad id speciali instinctu vocatæ, aliquando emineant, maximè hoc tempore, quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quò plerique adolescentes viri, studia potius profitentur, quam seriò colunt, & solo nomine contenti, rem ipsam contemnunt: quos certè, à talibus, qualis tu es, argui juvat, & rubore perfundi. Hæ me causæ moverunt, ut ea quæ modestia tua penè occultat, in aperto ponerem, quantū in me fuit, quod etiam data occasione, facturus sum. Addo, quod mihi præterea in ea re consulo, qui certè glorior, non immerito, quod tali ingenio, tali pietate puella, ultrò amicitiam meam ambierit, & me tam benignè ad hanc communicationem provocarit. Quo beneficio ita me sentio commotum, ut de facie hactenus ignotā, affectu tamen paterno prosequar, cujus effectus utinam aliquando possim producere! Dabitur, si Deus voluerit, occasio, ut præsens præsenti cor aperire possim, & vultum contemplari quē tam elegans ornat ingenium. Addo, tam candidum, & de se tam modestè sentiens; quam virtutem hactenus non audivi quemquam tibi ereptam velle. Me quod attinet, existimavi te potius in defectu peccare, quā in excessu, nisi defectum etiam illum ad per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

perfectionem facere existimarem. Reddidi tuos versus Gallicos Principi Elisabethæ, quos, me præsente, legit & laudavit, promisitque se, manu sua, gratias acturam. Opusculum autem quod in eadem lingua meditaris, rogo ne patiaris diutius à me desiderari: Legam avidissimè. Et si quid sit in lingua quæ mihi est materna, tibi adscititia, de quo monenda sis, agnosces candorem meum & παῤῥησίαν. Quamvis non existimem censura opus esse, postquam specimina vidi styli tui, quæ mihi admodum placuerunt: Non dubito quin intellexeris me, post bimestre Hagam migraturum, quò nova me occupatio vocat, & in qua mihi repuerascendum, sed cum magno puero, quem si virum dare possim Patriæ & Ecclesiæ, operam meam non malè collocatam putabo. Sive ibi vivam, sive alibi, habebis me semper dum vivo,

Virtutum Tuarum, in primis eximiæ pietatis & modestiæ tuæ admiratorem,

Lugd. Batavor. Kalend. Martii cIↃ IↃ XXXII.

ANDREAM RIVETVM.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarissimo, & Patri in Christo venerando,

D. ANDREÆ RIVETO,

S. P.

NIHIL mihi gratius accidere potuisset, (Vir reverende & in Christo venerande Pater,) quàm quod intelligam te quantulumcunque nobis in neptem vestram conferre per nostram mediocritatem licuit, animo tam benevolo complecti. Quòd si rem ipsam per se pensitare velles, parum id profecto fuit: sin verò affectus nostri propensitatem, nihil utique accessit quod non antiquo amicitiæ nostræ jure vobis deberi existimem. Libellos quibus Bibliothecam meam exornare voluisti, hilari, ut par erat, fronte, accepi; munus sanè mihi pergratum, sive ad personam donantis oculos convertam, sive ad ipsum argumentum, hoc est triumphi tui materiem. Quid referam? nihil prorsus ad manum est quo redhosti-

re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

re valeam, etiamsi maximè velim: nisi fortè putetur is qui gratiam habet, retulisse. Insuper non minus beneficium arbitror, quod cum omnibus meis studiis juvandis, tum & dubiis gravioribus solvendis operam tuam polliceri non dedigneris. Magni certè, prout decet, facio tuum judicium: quod ubi non satis percipio, anceps hæreo, & quasi suspenso pede cogor incedere. Illud autem in re non levi (ut quę officium ac conditionem virginei ordinis maximè tangit) jam dudum avidè desidero, nec quicquam mihi antiquius aut glorioſius fore censeo, quam ut sententia & quasi rescripto tuo, mea confirmetur opinio. Sin verò aliter sentis, non me pudebit secus edoctam receptui canere. Dubitandi autem mihi, quid hac in re in universum statueres ansam præbuêre tuæ olim ad me datæ literæ, in quibus postquam de me meisque studiis multa, ut soles, amanter ac honorificè deprædicasti, ita scribis: *Nec forte expediat multas hoc vitæ*

vitæ genus eligere; ſufficere ſi nonnullæ ad id ſpeciali inſtinctu vocatæ aliquando emineant. Quòd ſi hic matronas rebus œconomicis implicitas, aut quaſcunque alias rei familiari neceſſario conſulentes intelligimus, protinus aſſentior: ſi autem ingenio præditas puellas liberaliuſq; educandas, quales ætas noſtra producit quam plurimas, difficilius accedo. Movet me ingens ſcientiarum admiratio, ſeu legis communis æquitas, ut in noſtro ſexu rarum eſſe non feram, id quod omnium votis digniſſimum eſt. Nam cum ſapientia tantum generis humani ornamentum ſit, ut ad omnes & ſingulos (quoad quidem per ſortem cujuſque liceat) extendi jure debeat, non video, cur virgini, in qua excolendi ſeſe ornandique ſedulitatem admittimus, non conveniat mundus hic omnium longè pulcherrimus. Nec cauſa eſt, quare ab ejuſmodi mutatione ſibi metuat Reſpublica, ſiquidem literarii ordinis gloria nihil officit dominantium Luminibus. Imò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

contra, omnes ad unum consentiunt, eum tandem statum fore florentissimum, qui plures subditos, non tam legibus, quàm sapientiæ parentes habiturus sit. Adde quod neque virtuti, neque ipsi eruditorum choro suus honos constare, aut dignitas potest, nisi pars potior sit eorum, qui non tam cæca admiratione, quàm vera æstimatione decus & splendorem literarum suspicere norunt. Sed ne in propylæo diutius hæream, ad ipsum controversiæ statum accedo; quo bene constituto universa rei patescet veritas. Quæstio est igitur principalis: Num virgini, hisce temporibus potissimum, conveniat literarum bonarumque artium studium? Mihi quidem cur affirmativa magis allubescat, haud levibus adducor argumentis. Etenim, ut à jure civili telam ordiar, memini me legisse aliquando, teste Ulpiano, fœminas ab omnibus officiis civilibus seu publicis remotas esse. Qua autem æquitate hoc sancitum sit jam non operosè disquiram, saltem,

ſaltem, non obſcurè inde puto probari, otium in quo degimus laudatum eſſe legitimumque. Hinc videlicet nobis larga temporis copia, & Muſis amica quies; maximè verò cum ſpeciali quadam prærogativa nobis contingat liberior ab operibus neceſſitatis vacatio, tum à curis negotiiſque domeſticis immunitas. Verùm enimverò amplum hoc & inane vitæ ſpatium, ubi per luxum & negligentiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur, fit omnibus vitiis opportunum. Egregiè Baſilius, ἀρχὴ κακουργίας ἀργία. Et quoquo modo hanc Charybdim evitemus, nunquid paulatim effœminatur animus, & in ſimilitudinem otii & pigritiæ, in qua jacet, ſolvitur? Quid igitur? Ecce viam inter ſcopulos aperit ſublimioris animi cultor Seneca. Quando, inquit, ſoli omnium otioſi ſunt (hoc eſt otio ſuo optimè fruuntur) qui ſapientiæ vacant, ſoli vivunt, neque enim ſuam tantum ætatem benè tuentur, omne ævum ſuo adjiciunt. Non enim otium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

à rebus optimis, ſed in otio res optimas quærere oportet: Sic neque moleſtiam, neque faſtidium nobis creabit altior in receſſu tranquillitas. Duæ quippe res (ut ait Cicero) quæ languorem afferunt cæteris, ſapientem acuunt, otium & ſolitudo. Atqui ſolent objicere, colum & acum tractare, mulieribus ſatis amplum Lyceum eſſe. Fateor quidem non paucis ita perſuaſum eſſe, nec non ævi noſtri καινόηϑες iis paſſim aſtipulari. Sed Lesbiam hanc Regulam non recipimus, rationis nimirum vocem quærentes, non conſuetudinis receptæ. Quo enim jure, quæſo, hæc nobis in ſortem cecidêre? Divino an humano? Nunquam probabunt hos limites, vel fatales eſſe, vel ἀφανόϑεν præſcriptos, quo in ordinem cogeremur ſcilicet. Nam ſi ab antiquitate teſtimonium petimus, contrarium evincent tum omnis ævi exempla, tum etiam maximorum virorum authoritas; Uti non minus lepidè quàm eruditè oſtendit nobiliſſimum

Gor-

Gornacensium decus in libello quem inscripsit, *L'egalité des hommes & des femmes*. Sed ne quod dicitur actum agam, hisce recensendis supersedebo: Sufficit mihi perspicuis verbis adstruere, majora nos non decere modo, verùm etiam in hoc vitæ genere expectare. Neque enim generosiores indoles tam arctis cancellis sese coërceri: neque semper altioris ingenii acumina, infra naturam suam se deprimi patiuntur. Mihi sanè, si hæ leges Draconis obtinere deberent, non adeo mirum videri posset, nonnullas aliquando mundi blandientis illecebris abripi ob vilioris hujus pensi contemptum. Accedit quod nullus honos, nulla dignitas, nullum denique virtutis præmium, quibus animæ non degeneres ad laudabilia sectanda potissimum impelli solent, hic nobis spem sui relinquat. Frustra jactamus nostram quam à majoribus accepimus nobilitatem, siquidem mox eandem ignava involvit obscuritas. Hinc est, quod in historia le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

genti longiſſimo ſæpe temporis tractu, noſtri nominis monumenta non magis comparent, quàm navis per mare tranſeuntis veſtigium. At, inquient, unde vobis gloria? Unde immortalitas? Nunquid etiam ab otio? Quidni? Sed ab otio ſcientiarum lumine illuſtrato. Nobis enimverò non tam armatæ, quàm togatæ Palladis præſidio clareſcere decorum eſt. Cæterùm ubi vera Philoſophia mentis noſtræ ſolium occupavit, nullus vanis aut vagis animi fluctuantis agitationibus uſquam patet aditus: Quod & inſignis omnis politioris literaturæ patronus Eraſmus, ubi de Educatione filiarum Thomæ Mori diſſerit, hiſce verbis diſertè notavit: Nulla res, inquit, ſic totum puellæ pectus occupat ut ſtudium. Quomodo enim mundi hujus choragium, exemplorum ſpecioſam authoritatem & ſeculi impotentis vanitatem, non tutò ſperneremus, cùm ex alto ſapientiæ faſtigio hæc terrena deſpicimus? Deinde, cum non minus ad officium, quàm

quàm ad fœlicitatem omnium pertineat, ad primigeniæ noſtræ originis perfectionem (à qua nemo noſtrum non defecit) contendere, utique allaborandum eſt, ut in ſuprema mentis noſtræ Regia imago illius qui lux & veritas eſt, magis ac magis relucere incipiat. Quamvis autem Theologiam (ut quæ intellectum maximè perficit) hic utramque paginam facere non inficior: tamen neſcio quomodo mihi tantæ Reginæ majeſtatem non ſatis perſpexiſſe videntur ii, qui eam ſolam incomitatamque incedere volunt. Etenim quando rerum naturalium volumen introſpicimus, quis non videt quàm pulchra inter ſe harmonia conveniant utriuſque hujus ſcientiæ partes? quantum altera alteri ſubſidii adferat, quantum luminis? Nec quicquam nos morari debet quod quidam tam anguſtis lineis hoc ſtudium includunt, parum noſtra intereſſe exiſtimantes, Num hæc mundi machina ex atomis confluxerit? Num ex chao informi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

emerſerit? Num corpora quædam cœleſtem ſortiantur naturam, quædam terrenam? Num ſuprema mundi moles in gyrum volvatur, an verò vertigine laborent ii, qui non ſupremam ſed infimam circumagi contendunt? Num Sol occidens immergatur Oceano? Num & antipodibus lumen ſuum debeatur? Num terra figuram acceperit quadratam, vel rotundam? Num denique univerſus hic orbis horizonte terminetur? An verò oculorum noſtrorum acies? Tales voces quæ in dedecus noſtrum vulgò jactantur, ſi nobis eſſent audiendæ, etiam per nos liceret, Deum omnium conditorem, qui ad pulcherrima ſua opera illuſtranda, cognoſcenda, celebrandaque nos in hoc Theatrum introduxit, ſuo fine fruſtrari. Neque enim natura nobis uſque adeò noverca fuit, ut inſpectione ſui nobis interdicere voluerit. Quorſum alioqui nobis indidiſſet illud, quod omnibus hominibus ineſſe affirmat Philoſophus ſciendi deſiderium? Quorſum ſtatu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſtaturam dediſſet erectam, niſi ut in contemplationem ſui oculos & mentes quoque noſtras erigeret? Utique ſtipites eſſemus, non homines; hoſpites, non incolę hujus mundi, ſi ad tam pulchra, tam auguſta, in quibus æternæ divinitatis refulget Majeſtas, non afferremus animum excitatum, & velut divino amore accenſum. Nec eſt quod putemus nos officio egregiè defungi, modo hæc aliquoties quaſi per tranſennam aſpiciamus. Ita enim non ut cognoſcamus, videmus, ſed hoc ipſo nos non videre oſtendimus, quod ulterius cognoſcere non cupimus. Nihil oculis noſtris ſubjicitur homine mirabilius, Nihil animæ domicilio pulchrius: At quantulum illud eſt quod ſola cuticula, aut externa tantum ſpecie æſtimatur? Quam miſere nobis erubeſcendum ad tam præclaros Ethnicorum hymnos, quibus illi paſſim dum altius naturam rimantur, & rimando propius ad primam omnium cauſam accedunt, laudes ſummi opificis decantare ſolent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Præterea quotieſcunque ad ſanctarum literarum ſidus animo convertimur, quis negabit nos tot exemplis ſanctorum hominum, qui hinc Deum ſuum celebrandi materiam arripuerunt, ad ejuſdem gratitudinis præſtationem obligari? Cæterùm, ut nihil jam in genere dicam de hiſtoriarum ſtudio, quod hodie fere in gynæceis & magnatum aulis obtinet, tantum obiter luſtrabimus num & privato cuique conveniat rerum publicarum notitia? Ad praxim quidem uſumque Reipublicæ illam directè conferre facilè conceſſerim: tamen propter theoriam fructuſque peculiares, qui inde ad ſingulos redundant, eam nemini negligendam eſſe putamus. Præeunt & hic nobis ſancti Codices, nec præeunt tantum, ſed nos eo manu ducunt. Ibi temporum ſeries per Monarchiarum connectuntur periodos; Ibi maximorum populorum tum ortus, tum interitus, vel deſcribuntur, vel prænuntiantur: neque mirum, cùm ſtupenda Dei judicia quæ nos jugi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

jugiter obſervare par eſt, ſplendidiori in materie appareant; cumque hæc univerſa in unius hominis ætatem incidere nequeant, ſi Deus hoc ſtudium omnibus cordi eſſe voluerit, an non & cytharas noſtras excitabit admirandi hujus regiminis contemplatio? in quam regius Pſaltes tota mente defixus, nuſquam non exclamat. מַה־גָּדְלוּ מַעֲשֶׂיךָ יְהוָה מְאֹד עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ. Forſan hic objiciat aliquis, Totum hoc nihil aliud eſſe, quam vitam commendare monaſticam, vel ſpeculatione ſola officii noſtri terminos circumſcribere. Verùm ſic ratio poſtulare videtur, ut prius nobis ipſis, quantum ad noſtri ipſius fœlicitatem ſatis ſit, proſpiciamus: deinde proximo. Fruſtra enim aliis vacandi partes ſibi deſumet is, qui ſibi ipſi nunquam rectè vacavit. Fruſtra aliis conſilio, aut factis prodeſſe ſataget, qui ſibi ipſi prodeſſe nequit; Fruſtra denique ad converſationem civilem, ſive ὑψηλοτέρης Chriſtianorum πολιτείας vinculum adſpirabit, qui domi ſuæ peregrinus eſt.

Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Quænam obsecro temeritas foret ignorantiæ, aut vulgi opinionibus superstruere velle totam illam οἰκονομίαν moralium virtutum: immo si casum excipias, omnis ævi exempla docent, tantis Divis, nisi magna & solida scientia instructus accedat, fœliciter litare neminem. Illa nimirum nos præparat, disponit, redditque idoneos ad bene agendum, & ad molimina præclariorum facinorum mentem attollit. Rursum nihil virgini utilius, nihil magis necessarium quàm turpe ab honesto, noxium ab innoxio, decorum ab indecoro discernere. Verumtamen id ipsum quanta rerum peritia, quanta dijudicandi dexteritate indiget? Atqui cum hujusmodi prudentiam usu discere non ex usu nostro, neque satis tutum sit, utique ad historiam nobis confugiendum est, ὥσπερ ἐν ἰσόπλευρῳ κοσμεῖν καὶ ἁρμοσθῆν πρὸς τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς τὸν βίον. Nos inquam, quibus, ubi vel è sequiore suspicione labes cœpit adhærescere, cum bona

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

na fama in gratiam redire licet nunquam: adeò nimirum puellis cura incumbit, non tam declinandi mala, poſtquam irruêre; quam, ne obruant aliquando, præveniendi. Denique ut jam ſilentio præteream artes ſcientiaſque (ut vocant) inſtrumentales, (quippe quæ principales tanquam pediſſequæ reginam ſuam neceſſario ſequuntur) non poſſum, quin verbulo attingam, quibus in delitiis nobis eſſe debeat πλυγλωτία, præſertim ſi ad uſum, non ad oſtentationem habeatur. Linguæ enim, fidi cuſtodes ſunt, immo interpretes eorum quæ nobis ſapiens reliquit vetuſtas: quæ ubi in ſuo idiomate nobis loquitur, genuinam animo exhibet ſui imaginem, & mira quadam gratia ac lepore ſenſum noſtrum afficit: quod jure merito in omnibus verſionibus, quantumlibet optimis, deſideramus. Quam porro jucundum, quamque frugiferum ſit ex ipſis fontibus doctrinam cœleſtem haurire, explica-

re,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

re, probare, si apud te perorare vellem, nihil aliud esset quam, quod in proverbio dicitur, ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζειν. Sed ut colophonem tandem his imponam, unum exemplar, quod semper animo meo obversatur, hic afferam. Unum, inquam, exemplar Principissæ incomparabilis Joannæ Grayæ: cui nulla gens, nulla ætas (cum omnium pace dixerim) parem suppeditabit. Michael Angelus, Florentinus, qui vitæ necisque ejus historiam plenè ac patheticè describit in colloquio, quod ipsi cum Fecknaimo, vicinæ mortis nuntio, intercessit, hæc inter alia notavit: illam scilicet posthabitis, quas præterea à Deo acceperat, dotibus, & sanguinis nobilitate, & formæ decore, & florentis ætatis juventa, quibus cætera gloriam ac gratiam in hoc mundo sibi comparare potuisset, magno animo pronuntiasse, sibi nihil in omni vita tam gratum fuisse, quàm quod trium linguarum, quas eruditorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

torum vocant, notitiam haberet. Quòd si voluptas sive oblectatio, quæ nobis ab illa re obvenire in hac vita potest, veræ fœlicitatis nomine venire debeat, se fateri eam sibi in bonarum literarum & præsertim sanctæ Scripturæ studio obtigisse. Et licet in fœmina hujusmodi studia non pauci magnopere vituperent, se tamen ob magnum animi solatium, quod inde tandem percepisset, & etiamnum intus persentisceret, illorum sententiam à ratione dissonam judicare. En voces cygneas, non sub umbra scholarum, sed sub postremum glorioſissimi Martyrii actum prolatas, quas oraculi vice quis, obsecro, non veneretur? Et hæc quidem de rebus minimè ludicris apud te garrire non dubitavi, freta nimirum paterni tui erga me amoris indulgentia. Sed abrumpo, ne nihil non dicere voluisse, aut tuarum occupationum prorsus immemor fuisse videar. Vale multis nominibus mihi chare pater, & conjugi tuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tuæ dilectissimæ meis verbis salutem impertiri ne graveris. Trajecti, VIII. Idus Martii, cIↃ IↃↃ XXXVIII.

Quæ à nutu tuo tota pendet

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

Nobilissimæ & in omni virtutum genere excultissimæ Virgini,

ANNÆ MARIÆ A SCHVRMAN S. P.

DIssertatio tua elegantissima pro tuo sexu, & ingeniorum muliebrium ad omnes liberales artes & scientias capessendas aptitudine, virorum ingenia adæquante, forsan & superante, me aliquandiu suspensum tenuit. Ab una parte pudebat vadimonium deserere, & causam nostram indefensam relinquere. Ab altera ingratum erat ei adversari, cui potiùs manum dare animus esset, à qua etiam vinci jucundum & suavissimum, præsertim cum

cum id agas ſumma cum modeſtia, nec tamen quicquam omittas eorum quæ ad cauſam tuam faciunt, oratione diſertiſſima & argumentis denſa. Occaſio tibi enata eſt ex meis verbis in quadam Epiſtola, in qua cum inſtitutum tuum laudarem, & profectum admirarer, non patiebar id commune fieri, quod tibi & paucis aliis proprium exiſtimabam. Noluiſti ergo ferre ut inter admiranda referrem quod in te videmus. Plurium hoc eſſe voluiſti, ut in turba lateres, & nihil tibi ſingulare tribueretur. Multum vales ad perſuadendum, ſed hic tamen fruſtra es: Neminem qui te novit in ſententiam tuam es pertractura. Sed hoc etiam eſt modeſtiæ tuæ, quod averſos à tuis virtutibus cupis omnium oculos, ut in alias plures ſe convertant. Ignoſce mihi, ſi dicam rem verba tua non ſecuturam, nec ſi à nobis obtineas quod moliris, poſſes in ſententiam tuam pertrahere mundum muliebrem. Itaque aut ſola pugnabis, aut cum paucis, ab aliis omnibus deſerta, quarum nec ingenia nec mens ad talia inclinat. Di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ces voluntatem deesse non facultatem, quod etiam in viris accidit. In quibusdam non negarem, sed tamen si mores & studia sequuntur temperamentum corporis, certum est autorem naturæ, ita efformasse diversos sexus, ut significaverit se ad alia destinasse viros, ad alia mulieres. Non ignoras qua ratione sagax Ithacus à filiabus regis hospitis Achillem, quantumvis indutum amictu muliebri, discreverit. Non dicam cum veteri Poëta, dedit natura τοῖς ἀνδράσι Φρόνημα, γυναιξὶν οὐκ εἶχε. Neque tam iniquus sum sexui vestro, nec ita Deo injurius: sed hoc certum mihi videtur, civilem prudentiam ut plurimum aliam esse debere à muliebri, & descriptionem mulieris fortis & strenuæ, quam Spiritus Dei per Salomonem laudat, ita institutam esse, ut à studiis earum longè distent, quæ ei maximè laudanda tribuuntur. Hypothesis mea quam ponis hæc fuit, nec fortè expediat multas hoc vitæ genus eligere, sufficit si nonnullæ ad id speciali instinctu vocatæ, aliquando emineant. *In quo?*

Nempe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Nempe in ſtudiis Philologicis, Philoſophicis & ſimilibus, ubi agitur de variarum linguarum peritia, & de tota illarum diſciplinarum congerie quam ἐγκυκλοπαιδείαν appellant. Ego etiamnum in mea ſententia perſto, nec expedire, neque ère eſſe. Iam multum eſt quod protinus, ut ais, aſſentiris, ſi matronas intelligam œconomicis rebus implicitas, aut quaſcunque alias rei familiari neceſſario conſulentes. Certè quibus id incumbit, maximam veſtri ſexus partem faciunt: reliqua præ his exigua eſt portio. Nec etiam puto te velle, omnes quæ à neceſſaria rerum domeſticarum cura ſunt exemptæ ad literarum ſtudia idoneas eſſe. Itaque, ſi quod ſcripſi tantum ſpectes, nulla erit inter nos controverſia, aut perexigua erit, etiamſi quæſtio agitetur, quam poſtea principalem ſtatuis. Num virgini, hiſce temporibus potiſſimum conveniat literarum bonarumque artium ſtudium? Niſi Virginis nomen indefinitè poſitum univerſaliter intelligas, vel communiter accipias. Alioquin id de nonnullis facilè conceſſi, ad id ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ciali inſtinctu vocatis. *Quid ſi addam id etiam me concedere de quamplurimis, vel expetere ? Sed vellem id ſtudium prius limitari quouſque procedere deberet, quibus in artibus & ſcientiis ſubſiſtere, qua ratione inſtituendum eſſet & promovendum, ut etiam in eo locum habeat, ne quid nimis. Vellem præterea, muliebrium ſtudiorum finem conſtitui, quo poſito ea ſeligerentur quæ ad eum finem eſſent idonea vel neceſſaria. Nam cum extra controverſiam poſitum ſit, ſexum fœmineum ad munia Politica & Eccleſiaſtica, maximè ad publicè docendum non eſſe idoneum, cur de ea eruditione acquirenda laborarent virgines, quæ ad eos fines ſpectat à quibus arcentur? Niſi fortè paucas excipias, quæ in nonnullis populis ad ſucceſſionem regnorum, ubi maſcula proles deficit, admittuntur. Docere (ait Apoſtolus) mulierem non permitto, neque authoritatem habere in virum: ſed eſſe in ſilentio. Id ſi mulieribus injunctum ſit, virgines maximè decere non ibis inficias, proinde, nec eis opus eſſe exacta eruditione quæ*

ſpectat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſpectat rationem bene dicendi, ſi uſum reſpicias; niſi fortè id objicias, quod etiam facis, ad id profuturam bene dicendi artem, ut de aliorum qui praxin illam exercent, induſtria judicent. Sed apud quos? illud enim judicium premere debebit præ honeſto pudore. Idem dicam de arte diſſerendi: mihi enim id facile dabis, non ſatis convenire cum omnibus moribus virgineis argutias captare, & inter diſputantium greges contentionis funem ducere: Sufficiat ſi naturali ſolertiæ uſus aliquis, & experientia accedat tam ex communi converſatione, quàm ex publica in Eccleſiâ inſtitutione, in qua eis non denegatur λόγ@ ἀκοῆς. Quod autem ex eo infers, eas ad diſciplinas vel aptiſſimas eſſe, vel ſaltem iis commodis abundare, quæ viris non ſuppetunt; quia in otio honeſto verſantur, exemptæ civilibus curis, id mihi non videtur evincere quod intendis. Primò, quia ſi ſpectemus eam ætatem quæ ad diſcendum eſt aptiſſima, virilis ſexus eſt in parigradu uſque ad μέτρον ἡλικίας, antequam non admovetur publicis cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ris. Secundò, quia in tali otio non debent educari virgines, ut possint semper vacare ingenii culturæ; habent enim & illæ quod agant domi, quandiu sunt sub parentum potestate, ita ut non possint illud otium sibi adscribere, de quo Seneca, otium sine literis mors est & vivi hominis sepultura. Nec tamen omnes ad colum & fusum damnare vellem, ita ut graviores curas nunquam admitterent, quamvis id non sint dedignatæ Principes olim fœminæ, sive apud Græcos, sive apud Romanos, sive Ethnicos, sive Christianos. Non existimo tibi non lectum fuisse elegantem Ludovici Vivis de *fœmina Christiana libellum: Perpende sodes lib.* I. *cap.* III. *totum de primis puellarum exercitamentis: ibi videbis in laude semper fuisse positum, si non solum matronæ, sed potissimum virgines, etiam Regiæ, se occuparent in iis opificiis, quæ manuum operationem requirunt, etiam judice Spiritu sancto. Nec ideo tamen in aliud illud extremum imus, quod nec ille fecit, qui quartum caput adnectit de doctrina puellarum, in quo eleganter & solidè*

solidè quæstionem illam pertractat; Quænam eruditio sequiori sexui conveniat? Mihi enim non succensebis, quamvis reluctante Gornacena, si cum Apostolo censeam, τὸ γυναικεῖον σῶμα οἰάδε νέτερον, si in Vivis sententiam pedibus eas, facilè inter nos conveniet, nec vobis invidebimus Sempronias, Cornelias, Lælias, Mutias, Cleobulinas, Cassandras, Hortensias. Non Christianas Enonias, Paulas, Albinas, Pellas, Zenobias, Valerias, Probas, Eudocias. Non Grayas, non Olympias Moratas, & quascunque veteribus addere volueris, quæ nostra, aut patrum nostrorum memoria, sexum vestrum decoraverunt: Dummodo id constet apud omnes raras esse aves in terris: non quòd fortasse plures esse non possint, sed quòd neque sit ex usu, neque è republica; quodque in viris commune esse debet, in fœminis, si spectemus Reipubl. & Ecclesiæ commodum, sit minus frequens & prodigii instar, quale id fuit olim, quod mulieres visæ sunt in armis stare & viris occurrere in acie, atque dimicare. In populo Dei raræ fuerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Deboræ, & Iaëles: nec satis fœliciter cessit Ioannæ Lotharingæ hæc palæstra, quam vivicomburio addixerunt Angli, quantumvis Aurelianensibus nostris velut altera Pallas colatur, cujus tamē pudicitia, etiam inter ejus adoratores in ambiguo est. Sed id genus vitæ asserendum non suscepisti, sat scio. Aliud est quod moliris & convenientius, fateor. Sed priusquā persuadeas, vellem ut mihi institueres collegia mulierum eruditarum, in quārum Academiis virgines illæ, quas his studiis addiceres excolerentur. Vt enim sint omnes αὐτοδίδακτοι, vel parentes domi habeant, qui id in se suscipiant, quod tibi fœliciter contigit, non facilè ipsa admittes. Nec tamen deceret eas virorum scholas, mixtim cum pueris frequentare. Ipsa mihi hoc ipsum concedes, quantumvis literarum bonarum studium & linguarum, præsertim earum in quibus verbum suum nobis consignavit Deus, maximo sint adjumento iis qui verum Spiritus sensum eruere debent, non cuivis tamen dari ex ipsis fontibus immediatè haurire, nec eo quosvis pollere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lere judicio, ut possint ambiguas voces, vel phrases ita distinguere, & aptissima seligere. Multis salubrius esse, si rivis sint contenti, quibus sæpe id evenit, ut quæ in vulgari sua lingua habent ab aliis parata, dum humiliter & demissè, invocato Dei nomine, legunt attentè, eos sensus investigent & eliciant qui linguarum peritissimos latuere. Non tamen id propterea dico, ut laudes earum imminuam, quæ usque adeò tecum profecerunt, ut codices sacros sua lingua loquentes possint intelligere. Sed ne ea quibus uteris argumenta scrupulum injiciant earum animis, quæ desperant se paria vobiscum facere posse. Opera Dei magnifica, de quibus Psaltes, celebrari possunt ab omnibus, quamvis pauci sint qui cœlorum rotatus, planetarum aspectus, & stellarum influxus, aut similia ad unguem noverint. Imo sæpe accidit, ut qui in talibus maximè versati existimantur, à Deo deflectere videas, ut naturæ omnia tribuant: Et contra, qui simplici aspectu utuntur admirabilia Dei opera attoniti celebrent, & in eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

autore toti acquiescant, quando doctissimi quique in talibus frustra ingenia sua fatigant, & post longas disquisitiones vento pascuntur, de quorum sapientia illud sapientissimi regis interpretor, בְּרֹב חָכְמָה רַב־כָּעַס וְיוֹסִיף דַּעַת יוֹסִיף מַכְאוֹב. *Sed tu veram illam quæris & ambis, quæ in Dei timore & mandatorum ejus observatione consistit, à qua absit, ut vel te, vel alias ullas sic animatas deterream vel avocem, qui nihil magis in votis habeo, quàm ut apud nos frequens sit illud à Propheta prædictum, & initio prædicationis Euangelicæ ex parte impletum,* πεφηδόσθζιν οἱ ὑοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. *Gaudeo te in iis esse, & talem mihi filiam contigisse ex voto meo & consensu suo, quam ego*

Et affectu verè paterno amplector, & ea observantia colo quam ejus virtutes merentur,

Hagæ-Com.
XVIII. *Mart.*
CIↃ IↃ C XXXVIII.

ANDREAS RIVETVS.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarissimo, & Reverendo in Christo Patri meo,

D. ANDREÆ RIVETO,

P. S.

QUOD tot tantisque negotiis occupatus, tam copiosè ad nugas meas respondere dignatus sis, vir Reverende & in Christo Venerande Pater, vel imprimis humanitati tuæ debeo. Prima quidem fronte nonnihil me perculit tua sententia, ut quæ causæ nostræ non parum videbatur adversari: verum omnibus penitus perspectis, intellexi eam quoad summam, quam optime cum votis meis convenire. Interim tamen non levi dolore me affecit, quod videam meæ in scribendo obscuritatis vitio, aut fortè distinguendi imperitia accidisse, ut longè diversum à mea mente impresserim animo tuo sensum. Quasi scilicet invidiosæ ac vanæ assertioni de nostri sexus, cum vestro collati præeminentia adeò impensè faverem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

rem, ut illam apud te (cujus pretiosiſſimo tempori, vel tantillum detrahere penè religio eſt) otioſè ventilare auderem. Nam ita te accepiſſe percipio totum quem contra morem hodiernum inſtitueram controverſiæ ſtatum. *Num virgini hiſce temporibus potißimum conveniat literarum bonarumque artium ſtudium.* Hic, vocem *potißimum* ſic interpretaris, quaſi eam non comparatè uſurparim ad occupationes, ſive curas hodiernæ conſuetudinis receptas: ſed collatè ad ſexum veſtrum: adeoque fœminas quam viros ad ſtudia aptiores eſſe contenderim. Quæ ſi ſtatuatur hypotheſis, non modo diluta & inſulſa videri, quæ pro mea theſi adduxerim argumenta, ſed & novæ ac faſtuoſæ vanitatis meritò inſimulari queant. Tantum verò abeſt, ut hoc cum virginali modeſtia, aut ſaltem innato mihi pudore congruere arbitrer, ut vel perlegere pigeat tractatum cætera inſignem *Lucretiæ Marinellæ*, cui titulum fecit, *La nobilta è l'excellença delle*

delle Donne con diffetti e mancamenti de gli huomini. Nobiliſſimæ Gornacenſis diſſertatiunculam: *De l'egalité des hommes & des femmes*, uti ab elegantia ac lepore improbare minimè poſſum: ita eam per omnia comprobare nec auſim quidem, nec velim; licet ad ſapientum teſtimonia, quæ illa nobis exhibuit, brevitatis cauſa provocarim. Ego ſanè ſi quæ in noſtro ordine virtutes prædicari jure debent, eas partes vobis egregiis virtutum præconibus deferri maximè cupio. Siquidem nobis ſolius conſcientiæ theatrum abundè ſufficere par eſt. Scopus autem quem hic intendi non alius omnino fuit, quam ut tuum de otio noſtro quam optimè impendendo judicium diſtinctè exactèque cognoſcerem. Idque quo facilius aſſequerer, è tuis verbis, quæ problematicè propoſueras, *nec fortè expediat, inquiens, plures tales eſſe*, occaſionem arripui: non ut eorum quicquam impugnarem, ſed ut in genuinum animi tui ſenſum accuratius in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

inquirerem. Subjeci insuper meam, quam æquo consentaneam putavi opinionem, aut potius in mei similes affectum. Argumenta denique varia ad mentem nostram illustrandam, non alio fine attuli, nisi ut pro tui judicii acrimonia dispiceres, nunquid tibi contra solitas ignorantiæ voces, ac tyrannicas consuetudinis leges valere viderentur. Hæc pauca latius persequenda esse censui, ut de animo meo, quem tibi scio pro omni ratione sufficere, luculenter constaret. Bina quæ mihi legenda indicaveras, *Ludovici Vivis* capita cum præcedentibus magna cum voluptate relegi, ubi revera tam concinna tamque præclara Christianæ fœminæ instituendæ norma præscribitur, ut dignissimam eam judicem, quæ hodie virginum studiis quam arctissimè adhibeatur. Quocirca magnopere mihi gratulor, eum nobis contigisse sententiæ tuæ interpretem, cujus authoritatem ut alias facio plurimi, sic & in hac causa libentissimè ami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

amplector. Vale chariſſime Pater, & ut nuper redintegrata tua valetudine, diu perfruare, ſummum numen veneror ac precor. Ultrajecti 1638. pridie Idus Martii.

Quæ te intimo animi ſenſu diligit ac colit

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

V. C.

D. JOHANNI SMITH

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

MVLTIS nominibus mihi gratiſſimæ fuerunt tuæ litteræ, Vir Reverende, quibus prolixè fidem tuam, quam mihi ex ſola humanitatis tuæ exuperantia oppigneraras, liberare voluiſti. Nam, ut jam omittam quam inſignem in me meaque ſtudia ſpirent affectum, quem ego ſemper velut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lut auram quandam cœleſtem avido pectore haurire ſoleo, perjucundum mihi fuit memoria repetere altiuſque tecum rimari, quouſque naturali intellectus lumine detegatur prima illa concupiſcentiæ ἀπαξία. Memini me aliquando præter eximias iſtas quarum mihi copiam feciſti ſententias, ejuſdem notæ nonnullas inter legendum obſervaſſe, ſed una inſtar omnium erit quæ apud Philoſophorum Principem in calce lib. 7. Ethicorum exſtat, ubi univerſæ naturæ humanæ corruptelam aliquam deſignare videtur: ὥσπερ (inquit) ἄνθρωπος μεταβολος, ὁ πονηρός· ἢ ἡ φύσις, ἡ δεομένη μεταβολῆς. E quibus certè apparet clariſſimam ſubinde lucem fulgetri inſtar ſub obſcura nocte coruſcantis irradiaſſe Ethnicorum animos: cujus ductu mirum eſt quam ſagaciter vitiorum latebras perſpexerint. Sed dum omnia exactius perpendimus fatendum eſt, quod & tua confirmat ſententia, horum neminem in ſummo apice non deficere.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

At quemadmodum noſtra Religio efficaciſſima malis remedia ſolet afferre, ita ejuſdem maximè proprium eſt ad primam uſq; originem & quaſi punctum, unde ſeries ſeu proceſſus malorum ducitur penetrare. Cæterum haud mediocri voluptate animum meum perfudiſti, quod tot Annas noſtri ævi patriique ſoli illuſtriores oculis meis viſendas exhibueris, quæ cum mihi ſint ejuſdem nominis vinculo conjunctæ, fieri nequit, quin per reflexum quendam inde nonnihil ad me quoque ſplendoris reſultet. Accedunt tum lepida atque elegantia nobilium Virginum carmina, tum & præclara aliorum de iiſdem teſtimonia: Quod autem me ſimul egregio huic ordini adſcribere, & ſuaviſſimæ Muſæ tuæ calculo non infimas mihi tribuere dignatus ſis, id totum urbanitati & favori erga me tuo acceptum fero. Uti verò hanc gloriam minimè promerita ſum hactenus, ita maximè per conſcientiam recuſare deberem, niſi mode-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

stiæ esse putarem te duce ad sublimiora contendere. Vale, Vir amicissime, cum iis omnibus qui tibi sunt cari. Frater meus te quam officiosissime resalutat. Utrajecti, v. Idus Decemb. cIↃ IↃ c XXXVII.

Viro Clarissimo

D. JACOBO LYDIO,

S. P.

ANNA MARIA à SCHURMAN.

CITIUS equidem ad humanissimas tuas literas respondissem, Vir Ornatissime, nisi aliud ex alio, & præsertim illustris cujusdam virginis afflictissima valetudo nos impediisset hactenus; ut jam taceam, quod à scribendo me deterrere posset, vel sola rei, de qua scribis, difficultas. Certè nimis prolixè interpretatus est nostræ Theologiæ facultatem communis noster amicus D. Colvius, quando autor tibi fuit, ut à nobis efflagi-

tares

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tares loci hujus difficillimi explicationem, in qua haud mediocriter etiam ſummi, uti video, Theologi deſudarunt. Mirabilis hîc judiciorum diſcrepantia eſt, adeo ut non injuria dixeris, quot capita, tot ſententiæ. Quæ quidem meditandi nobis anſam præbent, verum ſeorſim ab iis ſentiendi libertatem non tollunt. Ego verò, quanquam arbitror tutiſſimum fore ignorantiam hîc ingenuè profiteri, tamen, quia per veſtram expectationem id nobis non licet, ſaltem aliquid in medium afferam; cumque in tanta caligine & acutioribus & hebetioribus ingeniis eadem penè ſors ſit, malim aliorum exemplo propriam dicere ſententiam, quàm alienæ ſuffragium noſtrum commodare. Illud autem inprimis hîc tenendum exiſtimo, Apoſtolum ad probandam reſurrectionem mortuorum graviſſimis uti argumentis, quorum ſingula urgeat acriter, nec non ſingulis pro pondere cujuſque immoretur. Poſtquam igitur argu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mentatus est à statu exaltationis Christi, putamus eum commoda transitione descendere ad statum humiliationis ministrorum ejus: qui, dum propagandis Ecclesiis perpetuo invigilarent, maximis ea tempestate persecutionibus & calamitatibus obruebantur, ut hæc miserrima Apostolorum conditio graphicè describitur 1 Cor. 4. vers. 9. Nec parum huic connexioni favere videtur particula ἐπεὶ, quæ non nisi relatè ad antecedentia hîc sumi potest. Est autem in his verbis: Τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; ejusmodi deductio ad absurdum: Si mortui non resurgunt, frustra tot tantosque labores subeunt perferuntque pro mortuis, id est pro fidelibus, quos sic appellat juxta ipsam Corinthiorum sententiam, quò aliud inde absurdum possit elicere, ut mox pluribus dicemus. Consequentia optima est; quoniam nulla foret harum perpessionū retributio, nulla spes gloriationis in die sive adventu Christi: cujus gratia

tia aliàs tantopere delectatur Apostolus Philipp. 2. v. 16. & 2 Cor. 1.14. & 4. 14. Atqui hoc absurdum, ergò & antecedens. Fortè dicat aliquis; satis amplum præmium est propagatoribus Ecclesiarum, si animæ beatorum immortalitate fruantur. Sed facile id refutatur, ex vers. 18. & 19. hujus capitis; præcipuè verò argumento Servatoris nostri, Matth. 22. 31. unde colligimus, tunc agi de composito sive de toto homine, cum de resurrectione corporis disceptatur: quippe utriusque partis essentialis æterna salus eadem opera aut asseritur aut negatur. Reliquum est ut ostendamus huic expositioni neque analogiam fidei, neque phraeologiam Scripturæ, neque ipsum deniq; contextum adversari. Primum ad verba οἱ βαπτιζόμενοι & βαπτίζονται quod attinet, satis obviùm est ea per metaphoram pro gravissimis afflictionibus usurpari, Matth. 20. 22. & Luc. 12. 50. Nec desiderari hîc poterit verbale βάπτισμα, quod alias adjici solet;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quia ex more linguæ sanctæ Ellipsis quandoque est nominis conjugati; quod & præter alios observat sapiens Aben Esra ad Psalmum 13. vers. 4. ubi sic inquit: סמוכות בכח הפעלים hoc est, *Nomina continentur potentia in verbis.* Verba enim textus sic habent: פֶּן אִישַׁן הַמָּוֶת pro שְׁנַת הַמָּוֶת, quemadmodum eadem phrasis integra occurrit Jer. 51. 39. Est & frequens hæc translatio in S. Literis, præsertim in V. T. ut scilicet per aquas & demersiones, hostes eorumque persecutiones patheticè designentur, ut videre est Psalm. 124. Thren. 3. vers. 54. Apoc. 12. itemque Psalm. 69. ubi Sel. Jarchi vers. 2. exponit מים per צרות, & Chaldæus sic שְׁפֵיפָאזֵל, מְמֵעִית בְּגָלוּתָה חֵיוָךְ בְּמַיָּא דִּמְצוּלְתָּא id est, *Demersus sum in captivitatem tanquam in aquam profunditatis.* Nec non vers. 15. פְּצֵא יָתִי מִן גָּלוּתָא דִּמְתִילָא לְטִינָא וְלָא אֶשְׁמוּעַ אֶתְפְּצֵי מִן סָנְאַי דְּדָמִין אִלְשׁוּמְקֵי מַוֵי: quæ sic vertere liceat: *Libera me à captivitate, quæ similis est luto, ut non submergar: redime* me *ab osoribus meis, qui similes profunditatibus aquarum.* Sequitur

quitur ὑπὲρ τ̃ νεκρῶν, quod jam interpretati sumus, *propter Ecclesiam* seu *electorum causa.* In hac significatione sæpissimè sumitur vocula ὑπὲρ, ut 2 Cor. 1. 6. Ephes. 3. 13. aliisque locis ferè innumeris. Electos vero vocat *mortuos* per Ironiam scilicet, quia, juxta erroneam adversariorum opinionem, pro mortuis revera erant habendi. Nec ab ejusmodi figura abluduntiterata hæc verba, πῆ βαπτίζουσι ὑπὲρ τ̃ νεκρῶν, quasi ingeminaret: Quis velit tanta facere aut pati pro mortuis? Quid autem vetat eos appellare *mortuos*, qui nunquam sunt resurrecturi; cum Christus *viventes* dicat Abraham, Isaac & Jacob, eo quod aliquando sint certo revicturi? Matth. 22. Accedit quod subjectum principale hujus capitis sint *mortui*; prædicatum autem eos esse resurrecturos. quocirca insolens videri non debet, hanc dictionem τ̃ νεκρῶν hic quoque retineri. Præterea articulus τῶν, cujus rationem haberi volunt viri doctissimi, optimè huic expositioni

tioni respondet. Aliud enim est νεκρῶν, qua voce intelliguntur quivis mortui; aliud τῶν νεκρῶν, quod de certis quibusdam mortuis accipi solet. Deinde, non obscurum est cum fide Christiana minime pugnare, quod pro aliorum salute multa dicantur pati Verbi Divini ministri: ut satis præclarè hoc ostenderunt quotquot commentatores Orthodoxi à Pontificiorum commentis vindicarunt verba Apostoli Coloss. 1. 24. cum quibus conferri possunt ea loca, 2 Corinth. 1. vers. 6. Philip. 1. 14. & 2 Tim. 2. vers. 9. 10. nec non Ephes. 3. vers. 1. Coloss. 4. 3. Act. 21. vers. 28. & 24. 5. ubi aut de utilitate consolationis, aut de exemplo constantiæ, aut etiam de causa impulsiva seu occasione harum perpessionum sermo est. Denique, universo ordini ac dispositioni hujus argumentationis bene congruit, ut Apostolus circa finem maximè illustria, atque toto quasi orbe conspicua exempla proponere statuatur; primum quidem in genere

omnium

omnium cœleſtis veritatis antiſtitum, tum Apoſtolorum in ſpecie, quando ſequenti verſu ſubjicit: Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; poſt & ſui ipſius verſ. 31. 32. Ut jam nihil dicam de anaphora in particula πῶ, quæ continuationem ejuſdem argumenti non raro inferre conſuevit. Nimia fortè facilitate & temeritate hanc ſcribendi provinciam ſuſcepimus, modumque epiſtolæ, præter morem noſtrum, exceſſimus; ſed id dandum fuit amicis, quorum hortatu extra territorium jus dicere auſæ ſumus. Vale. Ultrajecti prid. Kal. Majas cIↃ IↃ C XL.

Viro Clariſſimo

D. JOHANNI CLOPPENBURCH.

S. P. D.

NEc tuo, ut opinor, Vir Reverende, nec meo quidem ſatisfecerim deſiderio, niſi ad doctiſſimas tuas literas pro modulo noſtro re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſponderem, ſimulq; amicitiam tuam tam humaniter, tam candide mihi oblatam, ſerio amplecterer. Quod autem à me poſtulas ut de eximia in locum illum difficillimum 1 Cor. 15. animadverſione tua judicium faciam, id merito ſingulari tuæ modeſtiæ acceptum debeo. Neque enim tantum mihi ſumo, ut ſtylo decretorio tecum agere in animum inducam meum: Præſertim vero cum facilius ſit in tanta judiciorum diſcrepantia, de propria ſententia dubitare, quam alienæ per omnia aſſentiri. Tametſi non poſſum non magnopere mirari haud mediocrem ingenii tui ad inveſtiganda τὰ ἄπορα ſagacitatem: tamen, quia eorum, quæ juxta tuam explicationem neceſſario præſupponuntur, non æque evidens ubique demonſtratio eſt, non verebor quidquid etiamnum huic menti caliginis obverſatur, liberius expromere. Primum non ſatis ſolidè, ſaltem ex hoc capite, probari poſſe exiſtimem nonnullos ex illis quingentis

fra-

fratribus, quos obdormiviſſe prædicat Apoſtolus verſ. 6. Martyrii coronam conſecutos fuiſſe. Deinde verſum 11. intelligendum eſſe de iiſdem ſive viventibus adhuc, ſive jam mortuis, abnuere videtur ipſa ſeries, & orationis contextus verſ. 7.8.9.10. & 11. Ubi non agitur de Martyribus illis vita modo defunctis, ſed de Apoſtolis tum temporis, cum S. Paulus hæc ſcriberet, reſurrectionem Chriſti annunciantibus. Idem fere dixerim de verſu 15. quando ibidem, ex falſa hæreticorum hypotheſi, Apoſtolos potius, quam alios quoſlibet criminis ψευδομαρτυρίας argui vero conſentaneum eſt. Poſtremo exempla mihi nunc quidem non occurrunt, quibus certò evinci queat verba & Phraſin Apoſtolicam ultro admittere hanc interpretationem, Nimirum Τί ποιήσουσι οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, nihil aliud denotare quam » quoſdam Chriſtianorum olim & » tunc temporis Baptiſmum recepiſſe; » commotos ſcilicet exemplo iſtorum »

Mar-

» Martyrum, qui hanc veritatem pro-
» prio sanguine obsignaverant. Plura non addam, nec quicquam pro thesi mea, aut contra eam nunc allatura, siquidem ea vel hoc tantum nomine abunde jam mihi placet quod egregiæ meditationi atque adeo sanctissimæ inter nos necessitudini contrahendi ansam præbuerit.

Viro Clarißimo

D. FREDERICO SPANHEMIO

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHVRMAN.

ITa sanè, Vir Reverende, superioribus tuis, quibus tàm benignè ac honorificè de meis studiis pronunciabas, animum meum erexeras, ut, cùm me simul ad difficillimam hanc Διατριβὴν invitares, tanto vehementius altioris sapientiæ desiderio accenderer, quanto me longius ab illius fastigio abesse intelligerem. Verum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

rumenimverò ubi in rem præsentem deventum est, tantæ molis negocium esse comperio, ut aliquandiu in ancipiti fluctuatione hæserim; an tibi aliud quicquam respondendum esset præter Vulgatum illud Simonidis: *Quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.* Nec mirum, siquidem tot Theologorum coryphæos (quod tibi omnium optimè notum est) altum hoc tentasse constat: qui tametsi scopulos sollicitè caverint, tamen certam stationem, in qua mens nostra requiescat, invenire non potuerunt. Attamen, cum ego in hoc exercitii genere non docentis, sed discentis potius personam sustineam, non verebor paulò liberius ac confidentius in hoc ἄπορον τῆς θείας γραφῆς inquirere; eo nimirum consilio, ut sicubi forte mihi detur veritatem quasi per transennam, conspicere, genuinum ejus sensum à falsa opinionis specie, tuo aliquando suffragio confirmata, clarius discernere possim: sin vero insciа in erro-

rem

rem aliquem incidero, ſat erit mihi, tanquam Ariſtarcho meo, medicam manum offerendi, atque adeo meliora ſuggerendi occaſionem obtuliſſe. Miſſis autem iis, quæ ab aliis eruditè atque operoſè pertractata ſunt, compendio mentem meam exponam. Quæris itaque (ut rem ipſam aggrediar) quid mihi videatur ſuper *ligatione Sathanæ*, & *millenis illis annis*, quorum meminit Spiritus S. Apoc. XX. 2. 3. Dicam breviter, me *per hanc ligationem* nihil aliud intelligere quàm, *furorem illum & machinationes Sathanæ, quibus antea gentes ſeduxerat & incitaverat ad fideles crudeliter perſequendum, arctius & peculiari modo inhibitum iri, adeoque primum horum ſcelerum autorem ſive inſtigatorem amplo quodam atque illuſtri temporis intervallo pœnas in abyſſo daturum.* Inhibitionem hîc dico, quæ relativè opponatur illi ſeductioni, quæ verſ. 3. innuitur his verbis: ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι. Cujus initium cap. XII. 13. & deinde ejus continuationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tionem ac progressum cap. XIII. 14. 14. &c. XVI. 14. XIX. 19. (quibus addi possunt loca quæ idem præsignificant, IX. 2. XI. 7. &c.) observare licet. Favet cum primis huic expositioni particula ἔτι, quæ vim relativam habet ad præcedentia; nec parum eam stabiliunt, qui iterum post solutionem subsecuturi sunt eventus vers. 8. & 9. quibus ultima omnium scelerum periodus tandem finienda est. Quod autem Sathanas *magna catena* ligandus dicitur, hoc ipso (meo judicio) perspicuè denotatur, eum per efficacissimam Euangelii seu Redemptionis nostræ prædicationem atque invictam Christi potentiam tanquam vinculis arctissimis constrictum iri. Proposui quàm brevissimè meam sententiam. Verum quo non nihil planius illam explicem, non possum non ipsum exordium singulosque historiæ hujus articulos aliquanto accuratius perpendere. Quemadmodum autem non ineptè divinum hoc scriptum cum eruditissimo Pareo

Drama

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Drama Propheticum appellarim: ita in eo tres illuſtriores quaſi actus, qui univerſam hanc Satanæ Tragœdiam abſolvunt, diſtinctè & ordine conſiderandos eſſe arbitror. Etenim cum ille cap. XII.3.4. ſub figura Draconis in cœlo comparuiſſet atque, tertiam partem ſtellarum, quas cauda ejus trahebat, in terram abjeciſſet; imò & genuinum ac novum Eccleſiæ partum devorare contendiſſet, mox à Michaële devictus, in terram projectus eſt. Quæ omnia haud obſcurè primum actum conſtituunt, in quo perſecutio quædam Sathanæ primaria, & paulò poſt inſignis ejus pœna velut à primo hoc gradu inchoata, continetur. Secundus qui hunc excipit, incipit verſ. 13. ubi quia non ita directè & ἀμέσως ac antea Eccleſiæ propagationem (cujus tutelam Deum ſuſcepiſſe viderat verſ. 5.) neque impedire neque extirpare poterat, mulierem ſive Chriſti Eccleſiam, aliâ viâ aggreſſus eſt: primò concitatis in eam gentibus, vel (ut cum Pro-

pheta

pheta loquar) ἐκ βαλὼν ὀπίσω τ̃ γυναικὸς ἐκ τ̃ στόματ@ αὐτ̃ ὕδωρ ὡς ποταμὸν &c. deinde potentiam ac thronum ſuum concedens utrique Beſtiæ; quarum furor & ſævitia in Sanctos, præſertim poſterioris (quæ cap. XVII. 6. eorum ſanguine inebriata eſt) non una in imagine, ſimul cum divinæ vindictæ triumphis, aliquoties à cap. XIII. uſque ad verſ penult. c. XIX. (ut de horribili ſeductione Orientis taceam) ſpectanda exhibentur. Poſtea verò cap. XX. verſ. 2. 3. exitus, ſeu finis ſecundi actus, qui argumentum noſtræ meditationi præbuit, demum ſubjicitur, ubi ulterior quidam gradus pœnæ ac coërcitionis Sathanæ graphicè depingitur. Tertius & poſtremus actus totius Tragœdiæ ſequitur verſ. 8. & 9. quando à carcere ſolutus, novas iterum turbas in terris concitat, tandemque æternis ſuppliciis afficiendus, in Orcum detruditur. E quibus non temere puto concludi, primarium hujus dramaticæ repræſentationis ſcopum eſſe, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

conſolationem atque excitationem fidelium per ejuſmodi figuras, quæ oculos maxime mentemque feriant, altius eorum animis imprimat hunc potentiſſimum ac capitalem ipſorum hoſtem non tantum ligatum eſſe illis caliginis catenis, quarum Scriptura meminit II Petr. II. 4. Jud. verſ. 6. aut poſtremo tantum judicio damnandum ac plectendum eſſe: ſed etiam illud Apoſtoli Rom. XVI. 20. ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. in hoc ſeculo magis ac magis adimpleri; ac conſequenter pœnas ejus quotidiè ingraveſcere, & quo longius liberiuſque graſſatus, atque in Chriſtum ejuſque membra acerbiora molitus fuerit, fore ut hoc diutius arctiuſque conſtringatur, donec tandem juſtiſſima Sanctorum omnium, atque imprimis Martyrum cauſa, quæ perpetuo in conſpectu Dei eſt, atque inſtar ſanguinis Abel, vindictam poſcit & clamat (ut ex cap. VI. 10. videre eſt) ab omnibus hoſtium perſecutionibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nibus vindicetur. Si quis igitur quærat, quibus temporibus hæc Prophetia adamussim respondeat: Non facilè hic quicquam firmiter asseverandum esse existimo; præsertim cum non exiguam dubitationem habeat, annon potius eam ad res futuras, quàm ad res præteritas referri oporteat. Est enim verissimum hoc Irenæi effatum lib. IV. 43. *Omnis Prophetia priusquam habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitas sunt hominibus. Cum autem venerit tempus, & evenit id quod prophetatum est, tunc prophetiæ habent liquidam & certam expositionem.* Porrò quod de plerisque divinis prophetiis à magnis quibusdam viris rectè statuitur, eas nimirum non semper uno aliquo eventu aut definito tempore simul ac semel exhauriri: sed non rarò præcedere ea, quæ imaginis cujusdam, & (ut ita dicam) præludii rationem habent respectu earum rerum, in quibus illustriori quodam modo adimplendæ sunt: id quoque in Apocalypsi, cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

prophetiæ lumen atque ἐνέργεια sese per omnes Nov. Test. ætates diffundit, vel inprimis obtinere verisimile est. Atque ideo (ut alias opiniones jam satis erroris convictas præteream) non possum pedibus ire in sententiam doctissimorum quorundam Interpretum, qui non tantum hanc Ligationem Satanæ superioribus seculis prorsus alligant, sed etiam præcisè mille annorum terminis circumscribunt. Præterea cur hanc prophetiam nondum τὸ πλήρωμα impletam esse censeam, ratio est, quod hi Martyres sive Confessores, quibus vers. 4. throni & judicium ac regnum tribuitur, eâ potissimum constantiæ laude celebrantur, quod οἳ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ ὅτε τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν. quæ omnia inter Δαμηλικὰ signa secundæ Bestiæ, hoc est, Antichristi, numerari luce clarius est ex cap. XIII. 15. 16. cap. XIV. 9. & cap. XV. 2. Quæ cum ita sint, rectè colligimus, hunc triumphum fidelium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lium, quem ratione temporis cum ligatione Satanæ commetiri oportet, ut patet ex vocula relativa τὸ vers. 4. non posse habere locum, nisi post stabilitam Antichristi tyrannidem: quia hæc expressè ab eo describitur cap. XIII. v. 15. Καὶ ποιεῖ τὰς μὴ προσκυνήσαντας τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκταν θῶσι. Adde quod vers. 3. μικρὸν χρόνον à solutione Sathanæ usque ad diem novissimum superfuturus dicitur, nempe ad amplum temporis spacium quo ligandus erit, comparatum. Jam verò non exiguum foret intervallum, scilicet 571. annorum, siquidem solutionem Sathanæ cum eximiis quibusdam Theologis ab initio pontificatus Gregorii VII. inchoare velimus: vel certè plus quam trium seculorum, si à Johanne XXII. aut Bonifacio VIII. ejusdem initium ducendum sit. Nec omittendum est, Ecclesiam Dei etiamnum pro mora finis orare: quoniam plenitudo Gentium, quæ Rom. XI. & alibi prædicitur, nondum intravit, neque univer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

salis Judæorum conversionis, quæ sanè non videtur parvi temporis negotium, ulla adhuc indicia comparent. Reliquum est, ut rationes afferam, quare minus mihi placeat, hunc numerum definitè ac propriè interpretari. Primò me movet propheticus hujus libri stylus: cui adeo proprium est uti verbis impropriis, maximè quando de tempore fururo agitur, ut magis is qui propriè, quam qui impropriè hæc explicat, à proprio ac genuino eorum sensu recedere putandus sit. Argumento sunt omnia, quæ mihi quidem occurrêre, exempla c. II. v. 10. IX. 5. 10. XI. 2. 3. 9. XII. 6. XIII. 5. &c. ubi numerum definitum pro indefinito poni palam est. Non ignoro hic objici posse Gen. XVIII. 10. XV. 13. 14. II Reg. IV. 6. Jer. XXV. 12. XXIX. 10. &c. sine ullo verborum involucro certum tempus apertè pronunciari: Verum non esse eandem ubique rationem manifestum est. Isti enim textus, quia nudam exhibent promissionem, quæ certis personis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

sonis aliisque circumstantiis in specie adaptatur, nullam obscuritatem aut figuratæ dictionis velamen admittunt; has autem prophetias, quæ magis historicè & quasi δραματικῶς (ita loqui liceat) magisque in genere res futuras proponunt, velo tropicæ locutionis tempora quoque futura obumbrare, maximè rationi consentaneum est. Quod autem præcipuè hic urgeri solet; eundem numerum sæpius, & quidem aliquoties cum articulo hoc loco iterari, quomodo satis sit omni figuræ hinc removendæ nondum perspicio: id enim non eò pertinet, ut tempus propius definiatur, sed ut vel ejusdem temporis τωὐτης vel συγχρονισμὸς hujus ligationis atque earum rerum quæ vers. 4. 5. & 6. interseruntur, clarius significetur. Non multum ab his abludunt ea quæ possunt notari cap. IX. vers. 5. cum vers. 10. & cap. XI. v. 9. cum vers. 11. collatis: ubi tamen eiusdem numeri repetitione atque etiam ipso articulo nihil aliud caveri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

arbitror, quam nequis unum idemque tempus, ejusque terminos discriminet aut distinguat. Quid igitur, inquies, futurisne seculis hæc melius adaptari posse existimas? Decreta quia proferre nequeo, conjecturas tantum in re tam arduâ meas audire non dedignaberis. Placet itaque, peculiarem hanc Satanæ inhibitionem exordiri ab illo tempore, quo beneficio Reformationis (ut Theologi loquuntur) pertendentis veritas cœlestis ex horrendis erroribus Papatus emergens, universo mundo illuxit, atque adeo regnum Sathanæ quasi ad Orcum relegatum est. Illo, inquam, seculo, cum Verbum Dei in omnium penè gentium idioma translatum est, omniumque mentes irradiare, atque ignorantiæ tenebras, in quibus sub jugo Antichristi detinebantur, dispellere cœpit. Etenim dilucida hæcce intervalla, quibus doctrina Euangelica veluti postliminio reducta est, non ineptè, ni fallor, opponuntur iis temporibus, quibus non

non tantùm populo Christiano nomine salutarium dogmatum & traditionum Apostolicarum insulsæ passim ac turpissimæ fabellæ obtrusæ sunt, sed ipsa divina Scriptura tot falsorum glossematum nebulis obducta est, ut meritò juxta' prædictionem c. IX. 2. Solem obscuratum fuisse, atque ἐνέργειαν πλάνης, ut Apostolus loquitur 2 Thess. II. v. II. Orbi immissam statuamus. Quo autem Ecclesiæ statu Sathanam magnâ catenâ ligatum esse majori ratione affirmabimus, quàm cum viva & efficaci prædicatione Euangelii, cujus vi Luc. x. 18. fulguris instar è cælo cadebat, potestas ejus mirum in modum infracta est? adeo ut tot apparitionum ac spectrorum copiæ, quibus antea homines miserè infestabantur, carceri Tartareo penitus inclusæ videantur. Quando omnia illa signa ac prodigia mendacissima, quibus templa & compita personabant, sicut tenebræ ad Solis ortum disparuerunt. Quando thronus Bestiæ magna ex parte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

obſcuratus eſt, nec amplius ei tantum licet, ut (quemadmodum olim conſueverat) Imperatores ac Reges pedibus ſuis ſubjicere, atque integra Regna anathemate ferire poſſit. Et, ne omnia commemorem, cum tanta rerum converſio facta eſt, ut Reges ac Principes, qui olim, dum confeſſores Ieſu igne & ferro perſequebantur, putabant ſe cultum Deo præſtare: nunc cauſam eorum ipſi agant ac defenſionem purioris Religionis ſuſcipiant. Quod ſi tamen vix ſperandum eſt, ut ſudum hoc Eccleſiæ divinitus conceſſum in tanta hoſtium crudelitate ac perfidiâ, aliquot ſecula duraturum ſit, dicam ſaltem nobis fas eſſe hîc velut in typo quodam & viva imagine contemplari ea quæ poſtea ſuo tempore excellentiori gradu adimpleri debent. Habes hic epiſtolam ſatis verboſam; ſed rerum admodum inanem. Optarim itaque, ut tibi felicius ingenium, cui hæc propoſuiſſes, aut mihi aliud argumentum magis ad captum ingenioli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nioli mei accommodatum, obtigiſſet. Vale & ſalve Virorum amiciſſime, una cum Domina conjuge tuâ liberiſque lectiſſimis. Ultrajecti IX. Calend. Octobr. cIↃ IↃ C XLIV.

Nimis crebra amicorum interpellatio in cauſa fuit, cur maturius hiſce literis ultimam manum afferre non potuerim, quod ut benignè interpreteris, etiam atque etiam rogo.

Viro Nobiliſſimo

D. CLAUDIO SALMASIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

REdditæ mihi ſunt poſtremæ tuæ Literæ, Vir Illuſtris, quibus munus geminum, quorum alterum vultus, alterum vero animi tui imaginem pulcherrimam repræſentat, adjungere voluiſti. Quæ mihi ſane eo fuêre gratiora, quo ea perfectiorem tui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tui ſimilitudinem gerere exiſtimo. Maximas igitur tibi ago gratias, quod muſæum meum juxta ac gynæceum egregiis his ornamentis condecorare dignatus ſis. Poſtulas ut tibi, quid de hoc ſcripto ſentiam, per literas ſignificem. Ego revera, quamvis jus ſuffragii ambitioſe non affecto: tamen quia veritatem in tanta luce poſuiſti, ut, niſi quis prejudiciis plane excæcatus ſit, latere poſſit neminem, nolui committere ut hac in parte obſequiũ meum meritò deſiderare queas. Quotieſcunque vero omnes ejus partes propius conſidero, non video quî hunc fœtum adeo ſublimis genii tui charactere inſignitum, inficiari poſſis. Etenim ſic veræ religionis negotium hic agitur, ut Pontificii eorumque patroni, aut in noſtratium ſententiam diſcedant; aut tanquam filii degeneres Sanctos Patres, quorum patrocinium aliâs prætexere ſolent, deſerant neceſſe ſit. Pro noſtra nimirum cauſa venerandam antiquitatem militare evincis; nec aliter ſacri

cri illi Antiſtites aut ſemetipſos aut alii alios interpretantes introducuntur, quàm ſi veritatis triumphum etiamnum agere, poſt fata, geſtirent. Numquam profecto in tam periculoſos errores incidiſſent poſteri, ſi meminiſſent dicti illius S. Hilarii, *Intelligentia dictorum ex cauſis ſumenda eſt dicentis:* aut præclaræ Juriſconſultorum regulæ, *Prior & potior eſt mens quam vox dicentis.* Nunc autem fruſtra quærunt in obſcuritate verborum præſidium, poſtquam genuinam veritatem vel inviti coguntur perſpicere, cujus rei eximium plane exemplum ex Cyrillo, qui adverſariis imprimis favere videtur, in ipſo exordio proponis hiſce verbis, ταῦτα μαθὼν καὶ πληροφορηθεὶς, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστὶν, εἰ καὶ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος, οὐκ οἶνος ἐστὶν, εἰ καὶ γεύσις τοῦτο βούλοιτο, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ. Si verborum, ut ita dicam, corticē intueamur, quis non credat Tranſubſtantiationem, ut vocant, hic ad amuſſim delineari? verum

verum perſpicuè demonſtras ſanctis viris, quando hunc in modum rhetoricantur, non aliam mentem fuiſſe, quam ut ejuſmodi emphatico. dicendi genere à rebus terrenis & corporalibus ad cæleſtia & ſpiritualia cogitationes hominum traducerent. Qui enim de pane dicit, ut optime colligis, μεταλαμβάνων αὐτὸ ὡς πνευματικὸ, eumque πνευματικὸν ἄρτον ut alibi Baptiſma πνευματικὸν λουτρὸν appellat, myſtice & ſpiritualiter iſta intelligenda eſſe docet. Vt jam taceam, quod eandem prorſus mutationem, aut ſi nuda ejus verba ſpectes, etiam magis mirandam in Chriſmate (quod Chriſti ἡνίκα ἐνεργητικὸν poſt invocationem Spiritus S. fieri pronunciat) quàm in hoc pane agnoſcit: Eodem utique ſenſu quo Apoſtolus τῇ πέτρᾳ πνευματικῇ appellat, hi, quos citas, Patres Baptiſma λουτρὸν πνευματικὸν & panem Euchariſtiæ ἄρτον πνευματικὸν nuncuparunt, quod manifeſte declarat S. Auguſtini contra Adamantum ſententia, *Petra erat Chriſtus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſtus, ſicut dicit Apoſtolus: bibebant enim de ſpirituali ſequente eos Petra, Petra autem erat Chriſtus. Notum eſt autem filios Iſraël petra percuſſa bibiſſe aquam in eremo, de quibus Apoſtolus cum hæc diceret, nec tamen ait petra ſignificabat Chriſtum, ſed ait Petra erat Chriſtus. Quæ rurſus ne corporaliter acciperentur, ſpiritualem illam vocat, id eſt ſpiritualiter intelligi docet. Imo tanta eſt optimæ cauſæ fiducia, ut etiam ipſum Concilium Tridentinum (quod quo recentius eſt, eo longius ab antiqua veritate deſcivit) in partes tuas advocare non dubites. Quicquid enim de mutatione ſubſtantiali ſtatuat, mox una vocula (qua utitur) *Sacramentaliter* funditus ſubvertit; ſiquidem hæc vox Sacramentis communis eſt, nec aliud in uno quam in alio denotare manifeſtum eſt. Itaque non alterius generis in hoc, quam in cæteris Sacramentis mutationem Patres antiquiores agnoſcere manifeſtiſſime probas. Nullum ſane dubitationi locum relinquit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

linquit Theodoretus, qui omnium Græcorum (utpote cui latius sese explicandi data est occasio) interpres optimus censeri debet, in Dialog. II. οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίστασθαι φύσεως, μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους καὶ ὁρατά ἐστι, καὶ ἅπτα, οἷα καὶ πρότερον ἦν. Nec tantum panem & vinum post sanctificationem in Eucharistia manere: verum etiam gratiam symbolis accedere, atque adeo Dominum illa corporis & sanguinis sui appellatione dignatum esse affirmat Dial. I. τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλών, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προσθείς. Augustinus vero, qui Latinorum instar omnium sit, quid hac de re senserit ex ista quam Epist. 23. ad Bonifacium, inter S. Baptismum & S. Cœnam instituit comparatione facile intelligitur: *Sicut ergo*, inquit, *secundum quendam modum Sacramentum Christi corpus Christi est, ita Sacramentum fidei*
(nempe

(nempe Baptiſmus) *fides eſt.* Luce clarius eſt non mutari aquam Baptiſmi in fidem, ſed in *ſignum* ac *ſigillum* (ut de Sacramentis Scriptura loquitur) *juſtitiæ fidei.* Hanc porro reliquorum omnium mentem eſſe, licet nonnunquam ad morem illius ævi obſcurius hac de re diſſerant, ſolide demonſtras. Quanti autem momenti ſit criſis accuratior & exacta linguarum cognitio, in cæteris videre eſt, quando genuina vocis μεταστοιχιώσεως interpretatione oſtendis, nihil minus hoc vocabulo veteres (quibus nimirum in eadem aut ſimili materia μεταστοιχείωσις, μεταχαρακτηρισμὸς, μετατύπωσις, μεταχηματισμὸς &c. ſynonyma ſunt) quàm μετουσίωσιν ſignificare voluiſſe. Quod autem Grotius hîc nodum in ſcirpo quærit, & hanc vocem *tranſelementationem* vertit, quaſi nomen ſimplex στοιχεῖον, vel potius verbum στοιχιῶν (unde recte judicas derivari) elementis ſolùm, corporibus ſcilicet naturalibus, conveniret, quis credat id tantum Literatorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ignorantia potius quam contendendi ſtudio feciſſe? Neque eum procul dubio fugit, ſacram quoque paginam Hebr. 5. 12. Gal. 4. 3. & 9. Col. 2. 8. στοιχεῖα cum pro rudimentis, tum pro umbris & figuris uſurpare. In hoc uno, ut optime notas, cardo rei vertitur, quod nimis σαρκικῶς de rebus divinis philoſophantur adverſarii, & (ut Scholaſtici loqui ſolent) τὸ materiale ſacrificii Chriſti, corpus videlicet & ſanguinem ejus naturalem magis, quam τὸ formale obedientiam ſcilicet & ſatisfactionem ejus pro peccatis noſtris attendant. Quam caliginem facile diſcutiet magnum illud Eccleſiæ lumen Auguſtinus, ubi ſenſum Servatoris noſtri Johan. 6. ſic exponit; *Niſi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagitium videtur jubere. Figura eſt ergo præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atque utiliter recolendum in memoria quod pro nobis caro ejus crucifixa*

cifixa & vulnerata ſit. Nec eſt quod minus veram ac realem cum Chriſto communionem ſe habituros exiſtiment, ſi ſpiritualem tantum admittant; cum revera tanto magis veritatis ac (ut ita loquar) realitatis nomen mereantur ſpiritualia (ut ex Philoſophia notum eſt) quanto propius ad Dei eſſentiam & naturam, id eſt, primam veritatem accedunt. Per fidem Chriſtum in cordibus fidelium habitare indicat Apoſtolus Epheſ. 3.17. Nec tamen ideo hanc ἐνοίκησιν veram ac certam eſſe dubitandum eſt. Hoc ſenſu veriſſime dixit Bernardus, *In Sacramento nobis exhiberi veram ſubſtantiam carnis, ſed ſpiritualiter.* Atque adeo (quod de jure Canonico merito nobis vindicas) *manducandum non carne & dentibus, ſed interno ſpiritus affectu.* Etenim (Auguſtini effatum eſt Tractat. 10 in 1 Joan.) *jam cœlo ſedentem, manu contrectare non poſſumus, ſed fide contingere.* Hujus autem unionis & modum & cauſam principalem præclare nobis S. Cyrilli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

verbis descripsisti. Ἕνωσις ἢ ἡ πρὸς θεὸν ἄχ' ἑτέρως αὖ τως ἁρξαι πιὸν, ἢ διὰ τ μετουσίας ἅ ἁγίου πνεύματος, τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐνυθείσης ἡμῖν τ ἁγιασμῶ, καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ἀναπλάσιν ζωὴν τ ἀπωπεσοῦσαν τῇ φθορᾷ φύσιν; ἤτω ἢ πρὸς τ θεὸν ἢ πρὸς τὴν ἐκείνης μόρφωσιν ἀπαναγόντος τὸ τῆς ἐπὶ τούτῳ δόξης ἐσεμνύνον. Quod autem ad verba textus sacri, *Hoc est corpus meum* &c. velut ad sacram anchoram confugiunt, præter rationem faciunt. Illa enim nostræ doctrinæ maxime consentanea esse evincitur dicto illo Augustini vulgatissimo; *Non dubitavit Dominus dicere, Hoc est corpus meum, cum daret figuram corporis sui.* Accedit quod cum nusquam non solenne atque usitatum sit sacris literis ejusmodi figuris rerum sensibilium cælestia nobis adumbrare; tum vero maxime in Sacramentis, quæ perquam eleganti commutatione idem vir sanctus *verbum visibile*, quemadmodum verbum Dei *Sacramentum audibile* appellavit. In his enim peculiari modo & quasi hypo-

typosi

typosi quadam (ut Rhetores vocant) passio Christi nobis repræsentatur, non tantum iis verbis & phrasibus, quæ rem gestam velut ob oculos ponunt, sed & ejusmodi signis & actionibus externis, quæ, dum vulnerum & sanguinis ejus memoriam nobis renovant, vehementiusque affectus concitant, firmum meditationi ac fidei nostræ fulcrum præbere solent. Quo non injuria refertur illud doctoris gravissimi Theodoreti, ubi Christum ait nos voluisse μὴ τῇ φύσει τ̃ βλεπομένων περιέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τ̃ ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πειθόμενον τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ ἐναλλαγῇ. Quoquo autem hîc se vertant, arctissime undique constringuntur; sive enim ab antiquitatis simplicitate, sive à novitatis subtilitate auxilium petant, figuram verborum agnoscere coguntur. Verba Christi clara & perspicua esse clamitant, ideoque figuram non admittere. Quasi vero unum idemque sit figuratum esse & obscurum: cum è contrario, certe secundum

αὐθηλικὼ seu popularem intelligendi formam, veriſſimum ſit dictum Philoſophi 3. Rhetoric. cap. 2. τὸ δ' σαφὲς καὶ ἡδὺ μάλιστα ἡ μεταφορά. In primis ſi uſu communi recepta atque comprobata ſit. Jam vero exquiſitiſſimis exemplis eos docuiſti, *communem & vulgarem loquendi rationem eſſe, ut quod pro aliqua re datur, aut vice ejus futurum eſt, nomine rei ipſius, cujus loco traditur, appelletur.* Negant præterea teſtamentis figuratam locutionem convenire. At tropum negare non poſſunt in verbis proxime ſequentibus ejuſdem Inſtitutionis, Luc. 22. v. 20. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου. Quo & optime refers illa Servatoris Joh. 19. 27. γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου. quibus ſine controverſia ultimam ſuam voluntatem declaravit. Huic veritati Ieſuita Salmero Tom. 9. tract. 15. præclarum præbet teſtimonium: *Subeſt*, inquit, *in his verbis duplex metonymia. Prima qua continens ponitur pro contento, id eſt poculum ſive calix pro vino, eo quod vinum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

vinum in eo continetur. Altera eſt qua contentum in poculo id eſt ſanguis, ſub ſpecie vini, fœdus vel teſtamentum dicitur novum, cum ſit ejus Symbolum propter ſpecies. Qua fronte, obſecro, aliis leges, quas ipſi non acceperunt, imponunt? Cur etiam una figura, quam ipſa comprobavit antiquitas, repudiata, inſolentes plures atque incommodas ipſi effinxerunt? Cæteras ut omittam, cur verbum היה per *erit* aut *fiet*, aut ſi proprie ex illorum hypotheſi loqui velint per *transſubſtantiabitur* interpretandum eſſe duxerunt? Annon ex Notationibus ad Script. vel etiam ex Indice Phraſ. eorũ antiſtitis Emanuëlis Sa ad 1 Cor. 11. 25. didiciſſe poterant *eſſe* pro *ſignificare* ibidem, & Gal. 4. v. 24. aliiſque locis adhiberi? Nec mirum, cum lingua ſancta atq; olim etiam Syriaca (qua Servatorem locutum fuiſſe conſtat) ea voce quæ reſpondet verbo *ſignificat*, prorſus fuerit deſtituta, ut liquet Geneſ. 41. 26. &. 27. שבע פרת הטבת שבע שנים הנה׃. & Prov. 18. verſ. 4. שׂים

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

: מים עמקים דברי פי איש vel etiam Gen. 17. ubi de circumciſione dicitur בריתי זאת. *Hoc fœdus meum.* Loco hoc *eſt* fœdus meum. Cujus phraſeos ellipſin tum 72 Interpretes, tum N. Teſt. Scriptores plerumque (nam in altero inſtitutionis membro ſc. *Hic calix novum teſtamentum in ſanguine meo* omittitur) per voculam ἐστὶ ſupplere conſueverunt. Unde conſequitur Chriſtum dixiſſe, *Hoc corpus* meum, quod commode vertitur hoc *eſt*, ſive (quod idem ſonat) ſignificat corpus meum. Quin etiam aliarum partium nonnulli primarii ordinis viri ſententiam, quæ μετουσίαν oppugnat, ut æquiorem & S. Scripturæ minime repugnantem, haut obſcure commendant: quos inter nequaquam præteundus eſt Cardinalis de Aliaco, qui 4 Sent. quæſt. 6. art. 2. ingenue fatetur, *quod modus ille, qui ponit ſubſtantiam panis manere, eſt poſſibilis, nec repugnat rationi, nec auctoritati Bibliæ, imo eſt facilior ad intelligendum, & rationabilior quam aliquis aliorum.* Sub-

odo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

odoratus est vir minimæ obesæ naris illam de Transsubstantiatione opinionem maximis incommodis laborare, nec *Bibliæ* (ut inquit) auctoritate fulciri. Quamobrem merito instas & urges quocunque modo illis libeat Διαλεπτολογείας hunc corporis Christi in Eucharistia existendi modum explicando, eos effugere non posse, quin aut inscii in nostrorum vestigia incidant, aut ipsa principia luminis naturæ evertant. Quidni? *cum* (uti infers) unicam *exigui crustuli substantiam converti in substantias innumeras totidem Christi corporum quot sunt atomi in crustulo, atque adeo in qualibet particula, vel puncti instar obtinente Christum indivisibilem & totum contineri affirment.* Labyrinthus hic contradictionum est, nec ullum fere τῶν αἰδίων συμπερασμάτων primæ Philosophiæ relinquitur, quod non ex ima sede convellant necessario. Naturale videlicet Christi corpus veluti in atomo hærere, sine situ ac dispositione par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tium, ſine loco, ſine motu, nec ulla ſui parte αἰδητὸν eſſe. Unum idemque corpus, eodem momento (ut ipſi philoſophantur) moveri localiter, & non moveri: actus vitales elicere & non elicere, mori denique ſimul & vivere. Idem & extra cauſas ſuas tot jam ſæculis extitiſſe, & adhuc de novo fieri: Idem ex ſubſtantia Beatæ Virginis per univocam generationē ortum eſſe, atque ex ſubſtantia panis, vi verborum (uti vocant) creantium à Sacerdote creari. In prima hujus Sacramenti inſtitutione panem in crucifixum corpus Domini, & vinum in effuſum ejus ſanguinem, antequam aut illud crucifixum aut hîc effuſus eſſet, ſubſtantialiter mutatum, atque ore Apoſtolorum perceptum fuiſſe. Quippe *cum Sacramentum ſit* (ut inquit Auguſtinus) *corporis Chriſti illius ſcilicet quod viſibile, palpabile, mortale, in cruce eſt ſuſpenſum*; de Circæis profecto poculis guſtaſſe dixeris eum, qui hac μεταμορφώσι, ut recte appellas, orbi Chriſtiano primus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mus illusit. Magis etiam mirandum tot præstantissima hominum ingenia, uni Pontifici Rom. ac Concilio Lateranensi sese omni recta ratione spoliandi, servi instar pecoris, potestatem fecisse: tum vero maxime, quũ ipse Scotus, vir acutissimus ante illius decretum Transsubstantiationem non fuisse dogma fidei (ne scilicet universam antiquitatem hæreseos condemnet) ultro concedat. Quis autem non indignetur religionem Christianam ob ejusmodi ἀσύστατα ludibrium debere vel ipsis Ethnicis, Judæis & Turcis, ut nominatim Averrois exemplo declarasti? Nec mirum cum ipse Suarez disput. 37. Metaphys. Sect. 2. §. 4. ubi unum illud absurdum de accidentis à suo subjecto separatione ad sanioris judicii normam revocat, apertè fateatur, *non posse ratione naturali sufficienter probari contra Philosophos, non repugnare ut accidens conservetur separatum à subjecto.* Et rationem addit, *cum nec distinctio realis quantitatis à sub-*

ſubſtantia ex ſola ratione ſufficienter demonſtretur, & ſeparatio ab omni ſubjecto nonnullis etiam Catholicis videatur impoſſibilis. Atqui fidem non contra, ſed ſupra rationem eſſe univerſa Pontificiorum Schola & præcipuè Thomas Aquimas contra Gentes conſtanter defendit: juxta illud S. Auguſtini axioma: *Fide credimus, ratione defendimus.* Atque adeo perinde illis ac nobis in confeſſo eſt, Deum non poſſe ea, quæ involvunt contradictionem; quia cum altera ejus pars & falſum neceſſario & (ut Metaphyſici loquuntur) non ens inferat, illud divinæ veritatis objectum, hoc omnipotentiæ effectum eſſe repugnat. Quocirca etiam (quod ſub finem indicas) non pauci nec infimi ſubſellii doctores Pontificii, quotieſcunque vel paululum mentis oculos ad veritatis conſpectum auſi ſunt attollere, graviſſimis dubiis hoc dogma exagitarunt. De Scoto notiſſimum eſt (quem vir Summus D. Pleſſæus contra Perronium ex ſua non aliorum

mente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mente locutum fuisse luce clarius ostendit) quando inquit; *multa videntur hic impossibilia implicari, scilicet sequendo principia Philosophorum.* quæ deinceps ipse minime solvit. Nec minus ancipitis animi fluctuatione circumagitur Durandus 4 Sent. dist. 11. q. 1. dum non assequitur, *quo modo talia accidentia possint nutrire, corrumpi, & quomodo ex iis possit aliquid generari, cum hæc omnia fiant ex præsuppositâ materia.* Et ibid. art. 14. *si autem iste modus (juxta quem panis & vinum manent in Eucharistia) esset verus de facto, multæ dubitationes quæ occurrunt circa hoc sacramentum (tenendo quod substantia panis non remaneat) essent solutæ. Dubitatur autem* &c. Quid igitur concludendum? *Sed quia hic modus*, ait, *non debet teneri de facto, cum Ecclesia determinaverit oppositum, quæ non præsumitur errare in talibus, ideo*, &c. Hic scilicet omnium errorum fons & vnicum desperatæ causæ asylum est, Romano Pontifici cæcam utique præstandam esse obe-

obedientiam. Quod expreſſe teſtatur Bellarminus lib. 4. de Pontifice cap. 5. hiſce verbis: *Si Papa erraret præcipiendo vitia, vel prohibendo virtutes, teneretur Eccleſia credere vitia eſſe bona & virtutes eſſe malas: niſi vellet contra conſcientiam peccare.* Ejuſdem commatis ſunt quæ reperiuntur in Gloſſa 1. lib. decretal. Gregor. IX. tit. 7. ubi Doctores ſtatuunt: *Papam de nullo poſſe aliquid facere, & ſententiam quæ nulla eſt, facere aliquam: hæc quippe quia in his quæ vult, eſt pro ratione voluntas: nec eſt quod ei dicetur; cur ita facis? ipſe enim poteſt ſupra jus diſpenſare; item, de juſtitia poteſt facere injuſtitiam.* O mirabilem ſuperſtitionis vim, & plus quam tyrannicum cathedræ Romanæ imperium! Longe ſane diverſo Spiritu actus Apoſtolus Eccleſiæ præpoſitis præcipit 1 Pet. 5. 2, Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τ̃ θεσ̃. μὴδ̃ ὡς κατακυριεύοντες τ̃ κλήρων. Et magnus ille Doctor Gentium ſingulis fidelibus 1 Cor. 10. 15. ὡς φρονίμοις λέγω. κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι. Quæ denique noſtræ

ſtræ cum Romana Eccleſia reconciliationis ſpes ſit, dum hæc decreta ad animam & ſanguinem uſque defendit, cum magno exiſtimationis ſuæ diſpendio expertus eſt tuus adverſarius. Exceſſi modum Epiſtolæ. Verum ita me cepit hujus operis elegantia, ut parum mihi viſum fuerit legiſſe & relegiſſe tantum, niſi vel qualemcunque ejus imagunculam propria manu exprimerem. Quod ſi hoc inſtitutum non habet omnes prudentiæ numeros, id non mediocri meo erga te, bonamque cauſam ſtudio adſcribas velim. Saltem facinus non prorſus illepidum (ni fallor) arbitrabere, virginem tuis præſertim armis inſtructam auſam fuiſſe belli aleam ſubire, & cum hoſte de victoria contendere. Vale vir incomparabilis, & Dominæ conjugi tuæ Matronæ Nobiliſſimæ ſalutem à me perquam officioſam nuncies rogo. Vltrajecti XI. Kal. Jan. cIↃ IↃ CXLVI.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Nobiliſſimo

D. CLAUDIO SALMASIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

REſpondendi quidem ſtudium, vir Illuſtris, non vulgare poſtulant & literæ tuæ doctiſſimæ, & munus, quod mihi obtuliſti præſtantiſſimum; ſed tuſſis infeſtiſſima, quam & febricula ſubſecuta eſt, non ſivit me officio, ut par erat, defungi. Et licet ob valetudinem egregium hunc tractatum, cujus ſane optimam partem jure tibi vindicem, accurate perlegere non potuerim: tamen nolo te ignorare me non mediocrem ex eo voluptatem fructumque percepiſſe. Incredibile eſt quantopere delecter hoc argumenti genere, quo ad lucem cœleſtem caligantibus oculis ex antiquitatis hiſtoria lumen accendis. Valde autem in cæteris mihi arridet tua de cruce & de Hyſſopo ſententia;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tia; illius minus difficilis, ut opinor, dijudicatio est, hujus vero, quamvis investigatio plus habeat incertitudinis, tamen nihil vidi opinione tua probabilius. Fruticescere hyssopum quibusdam in locis minime infirmam nobis fidem fecisti. Fateor quidem illud mihi dubitandi ansam præbuisse, quod viri docti nonnulli herbarumque scientiæ peritissimi inter humiles herbas recenseant, & non nisi humi serpentem hoc tempore in Oriente reperiri affirment. Verum hunc scrupulum mihi exemerunt ea, quæ de universa plantarum de regione in regionem translatione, atque obscurata veterum Botanices cognitione (cujus exemplum balsamum, colocasia, cinnamomum, aliaque id genus nobis exhibent) opportune monuisti. Accedunt summi Medici, nostrique dum viveret studiosissimi Joh. Beverovicii rationes & auctoritas; qui & origanum Heracleoticum & hyssopum nostratem lignosis surculis duorum pedum altitudinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſuperare ſe hiſce in regionibus non ſemel vidiſſe confirmat, ita ut mirum videri non debeat, in Judæa herbam per ſe fruticoſam eo proceritatis excreviſſe ut baculi uſum præſtare potuerit. De calamo aromatico nihil prohibet nos idem ſtatuere, nempe altiorem atque alium fuiſſe olim, quam is qui noſtris temporibus notus eſt: ſed quia inter eum & hyſſopum major differentia eſt quam ut uno eodemque nomine comprehendi queant: eoque conſequi videretur (quod cum verbi divini perfectione omnimoda, ac primæ veritatis ἀκριβείᾳ haut plane congrueret) unam plantæ ſpeciem pro altera poſitam fuiſſe ab Euangeliſtis, latiorem calami ſignificationem hic præferendam arbitror. Libenter itaque accederem ſententiæ tuæ, quam tibi cum Origene (cujus librum M. S. vetuſtiſſimum apud te extare accepimus) communem eſſe ſcribis; niſi ipſe calami vocabulum hyſſopo adaptari duriuſculum eſſe cenſeres. Enimvero non

parum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

parum eo conferunt quæ inter alia p. 462. ex Plinio, viro, ut merito ais, dicendi peritiſſimo, attuliſti. Et quia, quod alibi recte notas, æque latè vox Græca ac Latina patet, eodem non inepte referemus & ea quæ occurrunt Nat. Hiſt. lib. XVII. cap. XIV. ubi cujuſvis generis ſurculos ſubinde calamos appellat. Hæc tamen ſiquidem à communi uſu loquendi remotiora ſunt, confugiam ad alteram quam pag. 329. propoſuiſti conjecturam; meo ſane judicio longe optimam, *utrumque* ſcilicet & calamum & hyſſopum, *à diverſis Chriſto fuiſſe porrectam*, dicit enim Joan. cap. 19. v. 29. οἱ δὲ &c. nimirum *milites* (de quibus v. 24. quo articulus ſubjunctivus non obſcure reſpicit) implentes ſpongiam aceto & hyſſopo circumdatam ori ejus admoviſſe; cui ſuffragatur & Lucas (quem eandem rem geſtam c. 23. v. 36. quam hoc loco Joh. recenſere veriſimillimum eſt) ubi inquit ἐνέπαιζον ἅμα αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται &c. Matthæus vero cap. 27. verſ. 38. & Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

cus cap. 15. vers. 34. ἕνα αὐτῶν scilicet τὸν ἐκεῖ ἑστώτων (quem, quia juxta fidem Judaicam de adventu Eliæ edoctus erat, Iudæum non militem fuisse haut injuria suspicaris) impleta spongia aceto & calamo circumpositâ ei potum dedisse commemorant. Deinde non unum idemque factum fuisse omnino dissimilis arguit occasio, quandoquidem Johan. narrat ad vocem Servatoris potum flagitantis Διψῶ, quosdã implentes spongiam &c. Matth. autem & Marc. ad verba voce magna clamantis, Eli Eli Lamasabachtani? quendam continuo cucurrisse &c. Porro diversas actiones fuisse è diverso agendi modo manifestum est; Lucas enim de militib⁹ ait προσερχόμενοι &c. at Matth. concitatiorem motum offerentis Christo acetum ita describit καὶ δραμὼν εἷς &c. Ad hæc Joan. mitius aliquod intervallum, ac gradum passionis Dominicæ remissiorem nobis repræsentat. Matth. & Marc. statum animi maxime turbati & in extremo dolorum

rum angorumque paroxysmo constituti; quem revera exclamatio ejus tristissima tantum fuisse declarat, ut, si modo, quemadmodum in omni nostri Servatoris vita, ita hîc quoque naturæ ordinem agnoscimus, non satis constet quî appetitui naturali sitis, ejusque curæ locum reliquisset; cum passim gravissima ejusmodi luctæ spiritualis externorum omnium neglectum inducere soleat; cruciatibus nimirum animæ mala corporis vincentibus. Denique sat amplum (ni fallor) temporis spacium inter utramque hanc actionem interceſſit. Nam ex ipso contextu orationis Luc. 23. vers. 36. (quem, ut modo dixi, cum Joh. 19. 29. convenire putamus) facile colligimus quod ista irrisio ac ludibria militum (ut & Chrysostomus in Matth. annotavit) miraculosas tenebras præcesserint: quæ vero ab aliis describuntur, circa finem earum accidisse nullum dubium est. Quandoquidem prodigium illud terrorem aliquem impro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

bitati, frænumque petulantiæ injeciſſe, nihilque fere tribus poſtremis illis horis geſtum fuiſſe Euangeliſtarum altum docere videtur ſilentium. At forte aliquis objiciet Johannem hæc verba, καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα, ita cum antecedentibus conjungere, quaſi Chriſtus cum iis ſimul vitam finiviſſet. Verum, ſi omnia diligentius perpendamus, patebit copulam καὶ orationem quidem non autem facta aut res ipſas, eo ordine ac tempore quo geſtæ ſunt connectere. Præterea neque ulla ratione hoc effatum Chriſti, τετέλεσται, ultimum fuiſſe probatur. Etenim cum conſummationem potius divinarum prædictionum, quam rerum ſeriem aut terminum reſpiciat (quod ex verbis ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ palam eſt) de præteritis omnibus hactenus adimpletis, non item de futuris juxta prophetias adhuc adimplendis intelligendum eſt. Idque cum phraſeologia Scripturæ minime pugnare ſimilis loquendi ratio oſtendit præcedenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

denti versu: εἰδὼς ὁ Ιησῦς ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, πάντα videlicet eousque secundum Scripturas peracta. & cap. 17. v. 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὁ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω. quæ certe pro extremis accipienda esse nemo affirmaverit. Statuendum igitur cum Origene in Matth. & cum Augustino de consensu Euangelistarum, Christi novissima verba fuisse vocem illam magnam cujus quidem mentionem faciunt Matth. & Marc. ὁ δὲ Ιησῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ &c. Lucas vero, diserte exprimit, πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. Joh. autem qui pleraque à cæteris Euangelistis prætermissa recenset, hæc postrema, sicuti & proximè præcedentia, ab aliis commemorata, silentio præteriit. Hæc mihi vel maxime eo nomine placet interpretatio, quia hanc expeditissime τὸ εὐαγγελιοφανῆ conciliare posse existimo. Nulla enim in re majori cum religione quam in S. Literarum crisi (quæ in sola exemplarium collatione admitti debet) ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſandum eſt. Quare jure optimo pag. 289. juxta communem Theologorum noſtrorum ſententiam, earum integritatem ita defendis, ut arbitrio mortalium corrigendi aut mutandi æternum Dei verbum nihil juris eſſe contendas. Quamvis enim Librarii vacillanti ingenio calamoque eas ex ἀπογράφῳ deſcripſerint; tamen quoniam divinam providentiam in hujus libri cuſtodia tutelaque mirabilem merito agnoſcimus, de ejuſdem incolumitate neutiquam dubitandum eſt. Et licet aliquando quædam nobis ἄλυτα videantur: eadem tamen alio tempore aut ipſi facile perſpicimus, aut ab aliis perſpecta deprehendimus. Ita ſcilicet ſupremo Numini viſum eſt quædam in ſpeciem contraria in verbo ſuo nobis proponere, ut etiam ſumma ingenia habeant in quo ſeſe per omne ævum exerceant, ſimulque omne tædium nauſeamque iis abſtergeret, nec id tantum, ſed ut rationem quoque humanam fidei imperio ſubjiceret. Redeo nunc ad

tuam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tuam Epistolam, in qua utique probo ea quæ de verbo ποιεῖν eruditissime disseruisti. Nusquam illud eo sensu, quo id Parisiensis ille tuus amicus sumendum putat, inveni apud Græcos Scriptores, quos mihi quidem hucusque videre contigit. Audio illum apponere versionem Græcam, ut vulgo Pontificiis persuasum est 70 Interpretum; quos ποιεῖν μοσχάρια & similia pro sacrificare non raro usurpasse contendit. Atqui verissimum est eos iis in locis ubi nudam vocis Hebraicæ עשה translationem respiciunt, aut genium ac proprietatem Græci sermonis neglexisse, aut actum sacrificandi directe ac proprie non designasse. Quinetiam nondum assequor, cum hæc vox Hebræis sacrificare proprie ac per se non significet, neque ipsi Græci interpretes eam uspiam verbis θύειν, θυμιᾶν, θυσιάζειν, σφάττειν, ῥέζειν, aut vice versa זבח טבח שחט קרב &c. verbo ποιεῖν converterint, qua ratione eos unquam hoc vocabulo τὸ θύειν exprimere voluisse probaturus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

sit. Latissimam quidem interpretationem vocem illam Hebraicam recipere, vulgo notum est, ita ut non solum varia ac diversissima pro subjecta (ita loqui liceat) materia, sed etiam ut bene observas, contraria nonnumquam significet: nusquam tamen illud scriptum arbitror, ubi non æque aliam ac sacrificandi notionem admittat: aut minus apposite destruere, conficere, mactare, absolvere, præparare &c. (quorum exempla Zephan. 3. 19. Genes. 18. 30. & 18. 7. 8. 1 Sam. 25. 18. & alibi passim obvia sunt) exponi queat. Omitto nunc quod neque Arabs neque Chaldæus Paraphrastes verba, quæ proprie sacrificare denotant pro עשה umquam reddiderint. Ut ut est, nihil hinc solatii Pontificiis expectandum est. Si enim Luc. 22. 19. τῦτο ποιεῖτε ad Christi corpus referri velint, obstabit illis dogma de sacrificio incruento: cum in Vet. Test. ποιεῖν προσφόρον & similia de animalibus tantum mactandis immolandisque, quorum sanguis effun-

deba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

debatur, dici consueverint: sin vero ad panem hæc referenda affirment, jam τὸ ποιεῖν non inferet τὸ sacrificare, quoniam nusquam, ut recte statuis, in veteri fœdere id genus oblationum transferri solet: Præterea nulla consequentia est; 70 Interpretes vocem Hebræam vertentes ποιεῖν, ubi scilicet de Sacrificiis agitur, τὸ sacrificare intendunt; ergo & hîc Euangelistæ. A particulari quippe ad universale vitiose proceditur. At quia nullo in loco Novi Test. hoc sensu reperitur, nec Arabs aut Syrus (cujus idiomate Christum locutum fuisse volunt) illis quicquam favent, contrarium potius verum esse concludimus. Porro ipsa materia ac circumstantiæ textus Luc. 22. 19. illorum expositionem plane respuunt, quandoquidem ad discipulos, qui tunc solummodo communicabant; non autem (ne quidem juxta eorundem mentem) sacrificabant, hæc proprie dirigitur oratio. Et si hunc locum cum 1 Cor. 11. 26. diligenter conferamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mus, ſatis conſtabit hæc verba Domini, τοῦτο ποιεῖτε, & finem, commemorationem ejus ſcilicet, & collectivè (ut quoque alias uſitatiſſimum eſt) univerſam cærimoniam & cum primis edendi bibendique actiones reſpicere: quod palam teſtantur illa verba verſ. 25. Hoc facite quotieſcunque biberitis, ad mei commemorationem. Huic autem explicationi maxime ſuffragatur verſio Syriaca quæ, cum (ut optime noſti) pronomine fœminino ܗܝ more Hebræorum, utatur pro neutro demonſtrativo, illud certe cum ſubſtantivo maſculino ܟܣܐ conſtrui nequit, ſed ad integram Orationem extendi oportet. Ad extremum non parum Pontificiis obeſt quod Matth. & Marc. hoc præceptum Servatoris, in quo illi unicum Miſſæ fundamentum conſtituunt, omnino prætermiſerint. Obliviſcor iterum me ſcribere Epiſtolam, cujus prolixitatis cum meipſam jam tædium ceperit,

non

non dubito quin te ſit tantum non enecatura. Spero tamen me facile veniam abs te impetraturam, ſi deinceps ad frugalitatem animum revocavero. Si ſuperior illa tibi rerum non prorſus inanis viſa eſt, id tibi merito ferimus acceptum; qui nobis meſſem uberrimam, unde hoc veluti ſpicilegium collegi, antea ſuggeſſeras. Quare æquiſſimum foret de eadem te, quicquid velles, ſtatuere, niſi nimis benignis oculis noſtra aſpiceres; atque illius præſertim ſcripti argumentum tale eſſet, ut facile crabrones quod dicitur, irritare poſſet & ut nihil de ſtudiorum polemicorum moleſtia dicam, non arbitror ſexui atque ordini noſtro ſatis tutum ac decorum eſſe in procaces ac malevolos homines ſtyli mucronem convertere, funemque contentionis ducere; aut ſi quid adverſariis concedamus, ex dignitate veritatis futurum. Noſtris certe lucubratiunculis, ſi id tantum honoris conſequantur, ut eas intra amicos Muſæi tui parietes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tes latere ſinas, ſatis amplum Theatrum eſt. Dabitur aliquando, ſi Deo placuerit, præſentia tuâ fruendi occaſio, cujus & nobis ſpem aliquam poſtremæ tuæ fecêre literæ; & hac præſertim ratione faciemus non exiguum ſermonis epiſtolaris compendium. Vale Reipubl. literariæ decus incomparabile, Dominamq; conjugem tuam nobiliſſimam mihi omni officiorum genere colendam ſalvere cupio. Ultrajecti, ipſis Kal. Mart. cIↃ IↃ CXLVII.

עַל בַּנְפֵי אֶרֶץ שְׁמוּעָתוֹ אִישׁ הָאֱלֹהִים
אַבִּיר הָרֹעִים עֲטֶרֶת רֹאשִׁי אֲדוֹנִי
אַנְרֵאָשׁ רֵוֶת בְּהַגָּה׃

מִי יִתֵּן לִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר לְמַלֵּא חִשְׁקִי לָבוֹא בִּכְתָבִי
לְפָנֶיךָ אָבִי הַיָּקָר׃ אַחֲלַי יוּצַק חֵן בְּשִׂפְתוֹתַי וְיִהְיֶה נַחַל
נִבֵּעַ מְקוֹר בִּינָתִי יַעַן אֲשֶׁר פָּצִיתִי פִּי אֶל תִּפְאַרְתְּךָ אֲדַבֵּר
אֶל אֲדוֹנִי אָבִי בִּלְשׁוֹן קֹדֶשׁ וְהָיוּ לוֹ בְּכוּרֵי לִקְחִי אֲבָל
אֶמְלְלָה אֲנִי בִּמְאֹד מְאֹד לַאֲגוֹר מֵעֵץ הַדַּעַת וְלֹא חַשְׁתִּי
לִקְנוֹת חָכְמָה וּבִינָה׃ עַל־כֵּן אָחַרְתִּי לְהִתְרָאוֹת לְפָנֶיךָ
וְסָתַרְתִּי

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

וְסָתַרְתִּי כְיוֹנָה שָׁיְרָאָה מֵאוֹר עַד כִּי אָחְשַׁב כִּי דִבְרֵי
שְׁלֵלִים אֲשֶׁר הִבְרִים הֵמָּה בְּלַעֲגֵי שָׂפָה יִמְצְאוּ חֵן בְּעֵינֵי
אֲבוֹתָם מַאמְרֵי הַזָּר אֲשֶׁר דַּבֵּר יְדַבֵּר בַּחֲלַקּוֹת· וְאֹזֶת
נָחַמְתִּי בְהָעָנֵי כִּי לְךָ לְבַת אָנֹכִי וְלָכֵן לֹא יִמְעַט לְפָנֶיךָ
הַמַּעֲשֶׂה אֲצַבְּעֹתַי· וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ אַתָּה וּבֵיתֶךָ:

בִּתְךָ וַאֲמָתְךָ חַנָּה מִרְיָם שׁוּרְמַן

שְׂפָתָיו רֹעוֹת רַבִּים פְּעָלִים נֵר יְהוָה
אַבִּיר הָרֹעִים אֲדוֹנִי גִּישְׁבָּרֶת וּוּתְיוֹם:

קַוֵּה קְוִיתִיךָ אֲלוּפִי וְרֹעִי מַגִּיהַּ חָשְׁבִּי וּמְשַׁוֶּה רַגְלַי
בָּאֲיָלוֹת כִּי אָמַנְתָּ דְּבָרֶיךָ לִי בְּדַרְבְּנוֹת וּמְקוֹר חַיִּים פִּיךָ
אָבֵל הִסְתַּרְתָּ אֶת־פָּנֶיךָ מִמֶּנִּי וְעָמַדְתִּי בְּתוֹחֶלֶת מִמְּשָׁכָה:
אֲקַנֵּא בַּאֲשֶׁרַי יוֹשְׁבֵי בֵיתֶךָ וְכוֹל הָהוֹלְכִים מֵחַיִל אֶל־חַיִל
לְשָׁתוֹת מַיִם מִמַּעְיְנֵי חָכְמָתְךָ אֲשֶׁר בָּךְ נִמְשַׁלְתִּי
בַּחֲצִיר גַּגּוֹת אוֹ בְּסוּס בְּפֶרֶד אֵין הָבִין: מִי יִתְּנֵנִי כְיוֹנַת חִי
קָדָם בְּרוֹחַ תּוֹרָתְךָ אֶת נַפְשִׁי כְּשָׁתִילִי זֵיתִים שְׁתוּלִים
עַל פַּלְגֵי מַיִם מִי יִתְּנֵנִי אַךְ לְלָקוֹט שִׁבָּלִים אַחֲרֵי לְמוּדֶיךָ:
חָיִיתָ וְרָבִיתָ אַתָּה וּבֵיתֶךָ:

תּוֹאֶבֶת לְחָכְמָתְךָ מִבְּסָף לְהַסְרִיךְ מֵחֲרוּץ
נִבְחָר חַנָּה מִרְיָם שׁוּרְמַן:

לְעֵיר

לָעִיר הַגְּדֹלָה וּבְלִין" לְבַעֲלָה כְּבוּדָה
וְרוֹתֵאָה" מוֹר" לְאַלְמָנַת הָאִישׁ הַנִּכְבָּד
בֶּן־חוֹרִים מוֹר" מֵעִיר וּטְרֶכְת"

לְבַעֲלָתִי כְּבוּדָה שָׁלוֹם

שָׁמַעְתִּי אֶת שִׁמְעֵךְ רַעְיָתִי בַּעֲלָה כְּבוּדָה וְגַלְתִּי וְשָׂמַחְתִּי
לְאַחַת הַטּוֹבָה אֲשֶׁר נָשְׂאוּ לָנוּ הַשָּׁמַיִם בְּיָמֵינוּ לְחַדֵּשׁ
אֶת כְּבוֹד עַמֵּךְ כִּי אֲנִי אָמַרְתִּי בִּבְלִי דַּעַת גִּלְתָּה הַחָכְמָה
מִקְרֶב הַנָּשִׁים שְׁבְאֲנְגְלַנְדְּ אַחֲרֵי מוֹת הַגְּבֶרֶת יוֹחַנָּה"
גְּרֵיָה" וּמַלְכָּה אֱלִישֶׁבַע" זל" אֶבֶל בָּאָה הַמַּכָּה בְּלִבֵּךְ
וְדַעַת לְנַפְשֵׁךְ נְעָמָה כֵּן כָּחַר יי" לִהְיוֹת לַעֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת
לְכָל־הַנָּשִׁים· נַחֲלָה שְׁפָרָה עָלַיִךְ וַתִּמְצְאִי אֶת מַטְמֻנֵי
מִסְתָּרִים עַל־כֵּן בְּפַעֲלֵךְ שָׁשְׂתִי כְּעַל אוֹר הַשֶּׁמֶשׁ לְצֵאתוֹ
וְנִכְסַף נִכְסַפְתִּי לְאַהֲבָתֵךְ וְאָמַרְתִּי בְּלִבִּי אָבוֹא נָגֶד יְקַר
תִּפְאַרְתֵּךְ בַּעֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים חָאֵלֶּה לְפִי עֲנִיּוּת דַּעְתִּי לִכְרוֹת
בְּרִית מֶלַח בֵּינִי וּבֵינֵיךְ נֶחֱר נָא לְחָכְמָה וְלִקְנוֹת חָכְמָה
וּבִינָה· כִּי טוֹב סַחְרָהּ מִסְּחַר כֶּסֶף וּמֵחָרוּץ תְּבוּאָתָהּ·
וְעַתָּה אִם מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֵיךְ הוֹרִיעִי לִי כָּל־חֻפְצֵיךְ וּבְרוּכָה
אַתְּ לַיְיָ הוֹד וְהָדָר לְעַמֵּךְ מקק" וטרכת" בְּשָׁנַת הַמָּשִׁיחַ
אָם לה" רְאֵב.

רַעְיָתֵךְ וְאַמָּתֵךְ חַנָּה" מִרְיָם" שׁוּרְמַן"

ANNA

ΑΝΝΑ ΜΑΡΙΑ ΣΧΥΡΜΑΝ
τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ κυρίῳ
Μελετίῳ, ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἐφέσου,
ἐν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν χαίρειν.

Ἡ δισὸν ἐστιν ἀκρόαμα ὁ ἔπαινος, εἴπερ ἐνδέχεται τῷ ἀληθεῖ συμφωνεῖν τῶν ἐπαινούντων δόξαν. ἐπεὶ ἢ ἐκλαίνουσί σε, τῶν αὐθρῶν ἀξιεπαινετώτατε, ἡ φήμη τῆς ἐμῆς περὶ λόγους διατριβῆς, ἀνοικῶς περὶς ἐμὲ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν διακείμενον, οὐκ ἂν δέον ἐμὲ τὸ ὑπερβολικὸν σου τῶν ἐγκωμίων ἀποδέχεσθαι. ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. ὥσπερ ἢ πάντας τοὺς ἐγχωρίους τε καὶ ξένους τῆς σοφίαν καὶ περὶ Θεὸν εὐσέβειαν ἐν τῷ βίῳ ἐνδόξους μάλιστα τιμῶ, ὅτω μείζονα οὐκ ἔχω φιλοτιμίαν, ἢ τοιούτους, ὡς ἂν δυνώμην, ζηλῶν. θαυμαστὸν ἢ ὅσον ἥδομαι καταγνόντα, ὅτι ἐμοῦ τῇ διαγωγῇ, καὶ περὶ τὴν φιλοσοφίαν, καὶ θεολογίαν ἀσχολουμένῃ ἐπιφθόνους παρθενείας. ὅθεν γὰρ ἔδοξέ μοι τῇ πρὸς σοφίαν καὶ ἀρετὴν εἶναι ἀγωγότερον· καὶ τὴν παροιμίαν τῶν βασιλέων σοφωτάτου, : דִּבְרֵי חֲכָמִים בְּדִרְבֹנוֹת וּמַשְׂמְרוֹת נְטוּעִים
Προσέτι καὶ τὸ σὸν μέρος, πιθανόμενη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ϖ̃ξφὶ τ̃ κοινῦ ἡμετέρυ φίλυ ἀ̓δόλφυ Βορσίυ, ὅτι μ̓ τ̃ μακαρίτυ Κυρίλλυ κύδιστον ἔργον ἐπεχείρησας, ὀρθοδόξοις τε καὶ θείοις ἀ̓ποτηδεύμασι διαφωτίζειν τὰς ἀνατολικὰς ἐκκλησίας διατεινόμενο. Δίκαιον μέν ἐστιν ἡμᾶς τ̃τοις παντὶ πάσι συναγωνίζεσθαι, εἰπερ καὶ ἡμῖν πρῶτον ἀ̓πὸ τῶν ἀνατολῶν τὸ φῶς τ̃ εὐαγγελίυ ἐπεφάνη. ἄ̓γε δὴ, ὦ ποιμὴν ἀ̓ποτελέσατε, καὶ τὸ λοιπὸν, ὡς εἴωθας, ἀ̓ψύχως εἰς ἴχνο τ̃ δεχιποιμένο χρισ̃ ἱέναι διατέλει· ὅστις δώσει σοὶ (καθάπερ ἐπηγγείλατο) τ̓ ἀμαραντίνον τῆς δόξης στέφανον. ἔρρωσο, καὶ ἐν τῇ εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ ἔμμενε. ἐν Οὐλτραϊέκτῳ α. χ. μ. ε. ἔτει ἀ̓πὸ τῆς θεογονίας, μεσοῦντο θαργηλιῶνο πέμπτῃ ἡμέρᾳ.

ἈΝΝΑ ΜΑΡΙΑ ΣΧΥΡΜΑΝ

Τῷ ἀ̓δοκιμωτάτῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ Βεβερσίκῳ ἀ̓δελφῷ.

ΜΆλιστα δὴ θαυμάζω πῶς ἂν οἷός τ' ἦς τὸν φοῖβόν τε καὶ τὼ θεμίδα εἰς τ̃το φιλίας τε καὶ ὁμονοίας συναρμόσαι, ὥς' ἐν τῷ διαιρεῖσθαι τὼ ὑπηρεσίαν τὼ σὼ μὴ ἀπ-

ὑπὶ φθόνως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους· ἄλλως τε καὶ ἐπιδὴ ἔοικας τῇ ἰατρικῇ, ὡς ὑπὶ τὸ πλεῖσον, δεῖναι σεαυτόν. πάντα γὰρ τρόπον δέον σε μιᾶς τινὸς πόλεως, τὴν ἣ κόσμον ἐπιδείξασθαι πολίτην, πάντοτε πρὸ τὸ καθόλου καὶ πρὸ τὸ κοινὸν μᾶλλον, ἢ τὸ ἴδιον συμφέρον ποιεῖσθαι. αὕτη μὲν αἰτία ἐστὶ τὸ μὴ λήγειν σε τοὺς φίλους λαμπροῖς ἐνεργετοῦντα δώροις. εἰ καὶ μέγιστον τῶν δυσχρημάτων ἐστὶ τῆς πολυδωρίας καταλέγουσιν οἱ τὸ ἠθικὸν φιλοσοφήσαντες, ὅτι οἱ πολλάκις χάριν δεξάμενοι πρὸς τὸ λαμβάνειν προθυμότεροι καθίστανται· σὺ γε δήπου δυτύχημα κακῶς νομίζεις, ἐὰν αὖθις καὶ πλείω ἐπιχορηγῶμεν ἡμῶν τοὺς ὀρέξεις ἐγείρῃς εἰς τοσαυτὸν τῶν μελλόντων ὑπιθυμίαν, ὅσης αὖ ἡδονῆς τὰ παρόντα καταχόντες ἀπολαύομεν. ἐγὼ μέντοι ὁμολογῶ ὅτως τοῖς προσκεκρουμένοις ἀδέποτε ἀρκεῖος, ὥστε μὴ ἐφίεσθαι ἀνθρέσεως ὧν καὶ ἡμῖν πρὸ τοῦδε χρησεὺς παρέχεις ἐλπίδας. ἔμοιγε ἢ τῇ κηπείᾳ ὑπερφυῶς τερπομένῃ ἀδὲν δοκεῖ ἥδιον εἶναι, ἀδὲν χρησιμώτερον τῆς βοτανικῆς παραδόσεως· ἰώπερ καί σου πρὸ πολλοῦ ἀποξενωθείσαν τῆς πατρίδος καταγὴν εἰς ἑαυτὴν γλῶ ὑπιχθρηθείς, σαφῶς μὲν πρὸς ἡμᾶς δηλώσεις, ὅτι τῶν ἑκάστοις χω-

εἰων ὑπαάρχῃ τὰ περὶς τὴν ὑγίειαν ὀπτικήδεια. ἔῤῥωσο. ἐν Οὐλτραϊέκτῳ, ἐλαφηβολιῶνος ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς. ἔτει ἀπὸ τῆς γενεσίας παναρχαγεσίῳ ἑκτῷ περὶς χιλίοις καὶ ἑξακοσίοις.

ΑΝΝΑ ΜΑΡΙΑ ΣΧΥΡΜΑΝ
Τῇ πιμιωτάτῃ καὶ σοφωτάτῃ Κυρίᾳ Βαθούᾳ Μάχιν δὲ πεδίδν.

ΕΙ καὶ ἐνδεεστέραν ἔγωγε τῆς περισσοκίας τῆς σῆς συγγράψω ὀπισολὴν, βέλομαι δήπου μᾶλλον ναναγῆσαι τῆς ἐμῆς παιδείας ἀδοκιμίαν, ἢ τὸ καθήκοντος ἀμελῶς ἔχειν. ὑπερήθην γὰρ ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν γραμμάτων σου. ἐξ ὧν καλιδεῖν ἐσὶν, ὅτι τῆς δυγλωτίας τῆς Ἑλλίων ἥψω σὺ ἀκροδιγῶς. ὁ μὲν δὴ ἀξιοθαυμασότερον ἐσὶ, διὰ τὸ σε πολλαῖς τε μελέταις τῶν οἰκονομικῶν πραγμάτων διακωλυθεῖσαν, πρανίως τῇ φιλοσοφίᾳ ὡμιληκέναι, καὶ μηδέπω τὰς Μούσας σου ἐν μέσῳ τῶν ὅπλων πολυηχήτων ἀφώνους γενέσθαι. ὥσπερ δήπου τοιαύτην περὶ τὰ καλὰ διατριβὴν περὶ πλείσου ποιῶ, οὕτω οἷόν τε ἐπαινῶ σε μάλισα, ὅτι τὰ ἐγκύκλια μαθήματα ἔπεσθαι

ἔπφσας τῇ θεολογίᾳ, τ' ἀπιστημῶν ἀπιστήμη, λατρεύφν. τὸ λοιπὸν σοὶ ὑ ὑπὲρ ἀδενὸς ἄτω σπουδαστέον, ὥστε ὑπὲρ τοῦ τὸ παλαιτὸν σε δανείζφν, ἐν τῷ παιδεύφν τὸ κρεάσιον τὸ βασιλικὸν· ἵνα τῷ Ἐλισάβετ τῷ πάνυ (ἣ πέρτε ὁσίως καὶ δικαίως βασιλευούσης, ἡ νῆσος ὑμετέρα πάλαι ἄρτι ἔπραξε) παλίμβιον ἡμῖν ἀποδφκνύσα Θεατελῆς. Ἔρρωσο καὶ ἐμὲ φιλοῦσαν σε αὖθις φίλφ. Ἐν Οὐλτραϊέκτῳ α. χ. μ. ε'. ἔτφ ἀπὸ τῆς θεογονίας πυανεψιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου μηνός.

ΑΝΝΑ ΜΑΡΙΑ ΣΧΥΡΜΑΝ τῇ εὐδοκιμωτάτῃ Κυρίᾳ Βαθούᾳ τῇ Μάχιν δε πεάτφν.

Ἐπέστελά σοι ἐ πρὸ πολλοῦ, γυναικῶν τιμιωτάτη, πότερον λάβῃς αὖ ἐμοῦ τὰ γράμματα, ἢ μὴ, μηδέπω μαθοῦσα ἔτυχον. ἐ μὲν γὲ θέμις ἐστὶν ὑπὲ τοῦ παρόντος τούτου τοῦ καλοκαιρίαν σιωπῇ παρελθεῖν πέμπειν. οὐ δὲ κεχαλασμένως αὖ ἐμοὶ φράσας πολλάκις περὶ τ' ὑμετέρων χρήσασθαι πραγμάτων· ἐπειδήπερ ὑμῶν τοῖς δεινοῖς πενθήσασιν, ὡς εἰκὸς, συμπάσχομεν. μάλι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

σε δὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχω ἔτι καὶ σε μαθεῖν ποῖον αὖ τὸ σχῆμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ ποιάγε τὰ νεῦ Διατριβὴ περὶ τ' ἀρετὴν τε καὶ λόγους τῆς σῆς μαθητείδος τῆς Βασιλικῆς. Ἔρρωσο. ἐν Οὐλτραϊέκτῳ Μαιυχιῶνος τρίτῃ φθίνοντος. ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας παραμενοῦντι τοῖς χιλίοις καὶ ἑξακοσίοις.

ΑΝΝΑ ΜΑΡΙΑ ΣΧΥΡΜΑΝ τῷ δυμενεστάτῳ καὶ σοφωτάτῳ κυρίῳ Κλαυδίῳ Σαλμασίῳ δ. π. πλ.

Ὑπερήδιον, κύριε ἐνδοξότατε, καὶ μιαιμμὴν σε τὰ γράμματα, ὃν ἀφανῶς εἰκονίζοντα τὴν σὴν εἰς ἐμὲ δύνοιαν. ἅπερ ἔτι τοίνυν δεῖγμα ἐπίσημον ἐξιώεγκας, δῶρον ἐμοὶ μὲν τ' ἀνιότητα λαμπρότατον δωρησάμενος. πολλὰς γὰρ ἐλπίδας ἔχω τὸ κράμηλιον ἐκεῖνο τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδεύμασιν οὐκ ἄχρηστον ἔσεσθαι. ἐπεὶ δὴ περὶ ἰσχυρότερον ἐμοίγε πόθον τ' Ἑλλήνων φωνῆς ἐνήργαζετο. πείρᾳ μὲν δὴ ἔμαθον ὡς ἥδιστον καὶ τὸ τῆς παλαιᾶς πηγῆς τε καὶ καθαρᾶς, καὶ τὸ ῥυακίων τ' νεαρῶν ἐξ αὐτῆς ἐπιῤῥεόντων γλύκιστον. πλὴν ὃ μὴ θαυ-

θαυμάσῃς εἰ τολμῶσε, τ̃ μεσῶν Ἀττικῶν ὑφηγητὴν, ἐλλωισὶ δι' ὀπισολίε ποεσφωνεῖν, ἵνα (ὡς λέγω) χρύσεα χαλκείων. Ὀπὶ τούτοις τῇ σῇ φιλοφροσυνῇ ἐπήρθλω σοὶ παῤῥησιάζεσθαι, τοὐνθῦθεν ἐνθίμως τε καὶ φιλικῶς οἴκοθι ἐδέξω ἡμᾶς, ὐ μόνον ἄρισον πανταχόπασιν ἄρισον ποιήσας, ἀλλὰ ἐ τῇ θέᾳ τῆς βιβλιοθήκης τῆς σῆς ἡμῶν ἑσιᾶν τὰς ὄψις ἀξιώσας. Διόγε ἐκεῖνο ὁμολογῶ σοι κ̀γὼ σὺ τῇ δυγλυκεσάτῃ συγχόρῳ ταύτης τῆς διεργεσίας σωαιθίῳ πλείσλω χάριν ὀφείλθν. Εἴθε ἡμῖν αὖ εἴη διὰ βραχέος εὐκαιρία ὑμᾶς τ̃ ἡμετέραν πόλιν ὀπισκεψαμένους κ̀ δυνάμιν ἀνθυεργετεῖν. Ἔῤῥωσο. ἀσπάζεταί τε σε ταπεινῶς ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀμφότεροι τ̃ τιμιωτάτων κυρίαν σὺ τὴν σύζυγον. Ἐν Οὐλτραϊέκτῳ, ᾳ. χ. μ. ζ. ἔτ' ἀπὸ τῆς θεογονίας μαμμακτηριῶνος τετάρτῃ φθίνοντος μηνός.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. JACOBO CATZIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

CUm nihil ſanctius amabiliuſque ipſa virtute jure cenſeatur, quis mihi, Vir Clariſſime, probro det, quod ego te, qui vivam ejus inter nos refers imaginem, amem colamque? Et ut non eſſent tot incomparabiles ætherii tui ingenii dotes, nonne vel ſola humanitas tua honeſtum hunc affectum largè promerita eſt? Certè. Huic enim debeo quod famæ ſplendoriſque tui pæne oblitus me non modo tam comiter inviſere, penitius noſſe, ac de ſtudiis, vel nugis potius meis ſedulò percunctari: verũ etiam & claritatem aliquam ex iis mihi ultro polliceri dignatus ſis. Quorum autem diſſimulatio, aut contemptus cum non cadat in virginem nobilem, & Muſis jam nuper initiatam, accipe

has

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

has qualescunque literulas, ut hujus synceri mei erga te amoris, & perpetuæ observantiæ pignus; & sic mihi æternum Vale, Virorum optime. Parentes te, uxorem, liberosque tuos salutant peramanter, Idem & ego facio. cIↃ IↃ c XXII.

Viro Clarissimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

LItteræ tuæ cum munere, velut auctario quodam, conjunctæ mihi longè fuêre gratissimæ; præsertim cum ad pangendum inter nos Amicitiæ fœdus, has tanquam ἀρραβῶνα sponte obtuleris. Nihil revera exoptatius potuisset contingere, à tali Viro, qui inter maxima hujus ævi lumina caput exseris, cæloque cognatum extollis ingenium. Quocirca sine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ulla mora hanc protinus arripiendam esse occasionem duxi: ne videar in tanti acquisitione thesauri, minus quàm deceat, ardoris lætitiæque testari. Quod verò tot laudibus obruis immerentem, credo te maluisse tuum in eligendis amicis judicium apud alios probari, quam strictè alioqui de me ferre sententiam. Epigramma magni nominis raræque virtutis Heroinæ legi, probavique vehementer. Habes hîc quoque ejusdem argumenti versiculos: quibus, te Autore, ausa sum

--- *argutos inter strepere anser olores.*

Vale Vir præstantissime, & salutem Conjugi tuæ amicissimam meo nomine impertiri, summopere exopto: quam etiam initæ inter nos amicitiæ, ut tuorum omnium consortem, eoque fide tua obstrictam, merito amplector. Trajecti ad Rhenum. Anno cIↃ IↃ cXXXIII. Mense Sept. X.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

Ornatißime & Eruditißime Vir,

JAmdudum nihil magis anxiè animo revolvo, quam ut me liberem ære tuo. Sed crede mihi, ex quo egregium in Græcis & præsertim Hebraicis nacta fui Præceptorem D. Voetium, virum cum paucis comparandum, non licuit per varia studia aliasque interpellationes, potißimum agere quæ maximè vellem. Adde quod Epistolæ tuæ tam insigniter urbanæ, tamque eruditæ quid responderem nihil utique perspiciens, humanitati sive indulgentiæ in me tuæ malui acceptum ferri, quod nempe deficienti in officio ignosceres, quàm meam prodere inscitiam. Attamen oblata hac occasione nolui committere, quo minus ad te darem litteras obser-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

obſervantiæ ac cultus erga te mei teſtes. Quod ſi fortè hoc nimis acciſum putes aut abruptum, Frater meus haſce partes, quibus ipſa non ſufficio, ſubiturus eſt. Vale & ſalve plurimum unà cum Conjuge optima. Raptim Trajecti ad Rhenum, Anno clɔ Iɔ c xxxv. Menſ. Jul. VIII.

Viro Nobiliſſimo

D. CONSTANTINO HUYGENS

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

QUamvis ob eminentiam virtutum tuarum, & publici quod ſuſtines, muneris dignitatem ab omnibus officia exſpectare jure debeas, Vir Ampliſſime, mavis tamen benefaciendo aliis quam tibi debita accipiendo magnus haberi. Atqui ut tantum æs alienum conflandi author ego ſim, præſertim cum ſolvendo non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

non ſim, haud facile conceſſerim. Petieram quidem à fratre meo, cum Hagam eſſet profecturus, ut te cum tua familia meis verbis quam ſtudioſiſſime ſalutaret: attamen non fuit animus te his ludicris, quæ otio gaudentes ſaltem curant, implicare: negotiis nimirum graviſſimis aſſiduo occupatum. In eo tamen, quod cum artes omnes tum & pingendi peritia te penes ſuum habeant domicilium, atque adeo à te quoque earum auxilia eſſe petenda, fratrem non utique fefellit opinio. Utcunque vero res excidit, non ignoro, tibi totum deberi, quod, ſiquid in nobis requiri poterat, urbanitate ſuppleveris. Porro laudes, quas in me confers ὑπερβολάδων, admittere, neque ex animi ſententia, neque ſatis verecunde poſſim. Nec tamen inficias ibo, jucundum mihi fuiſſe laudari à viro non tantùm ſumme laudato, ſed & laudari ante alios digniſſimo. Quanti vero tua ſemper fecerim, quam nihil tritum, aut vulgare ſonet quidquid à te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

te proficiſcitur, non hic conabor referre: quippe virgini magis decorum eſſe duxerim, iſta ſilendo mirari, quam memorando aliis admirationem excitare. Deinde Carmen meum populari ſermone conſcriptum quantum tibi debeat, quod cenſorem tam benignum egeris plus ſatis agnoſco, & licet in extenuationem culpæ, quod ſcilicet ininvitis (ut ajunt) Gratiis fruſtra litarim, non pauca afferre queam: acquieſco tamen, quia tibi non diſplicuiſſe ſatis amplum mihi Theatrum eſt. Scimus enim quid hac in parte olim præſtiteris, quam longe ſupra vulgus poëtarum caput extuleris, velut,

--- altus Olympi
Vertex, qui ſpatio ventos nubeſque reliquit.

Quocirca in ea, quam inter nos inſtituis, comparatione à te non leviter diſſideo. Vale virorum humaniſſime, & æthereo quemadmodum cœpiſti amore ut proſequaris virtutum tuarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

rum peramantem valde exopto. Ultrajecti cIↃ IↃ c XXXVI. Jul. XXIII. Citius quidem ad binas tuas respondissem, nisi Parentis valetudo afflictissima me ab officio retinuisset.

Viro Clarissimo,

ANDREÆ RIVETO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

AGnosco solitam tuam erga me humanitatem, Reverende & in Christo Charissime Pater, quod diuturnius hoc silentium non solum Literis tuis amicissimis, sed & munere perquam eximio pensare volueris. Fateor quidem non omnes æque id pro munere interpretaturos: cum non pauci ejusmodi scenicas voluptates, quibus hic libellus bellum indicit, muneris loco habere soleant: Verum isto scribendi genere opus erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

erat, ut veternum illum quam plurimis professione Christianis, ceu stimulis clavibusque, excuteres. Vltimam (ut ita dicam) periodum absolvit morum corruptela, quando homines ejusmodi φλυαρίας etiam utilitatis cujusdam honestæ patrocinium prætexere non erubescunt. Longe tolerabilius peccant qui meliora vident probantque; sed aliorum exemplis, per devia funem ducentibus, nimis facile abripi se patiuntur. Utinam ii aliquando & suo, & aliorum damno edocti, tutiorem à sæculi vanitate secessum amplecterentur. Ego, tametsi per famam mihi (ut ais) in totum delitescere non licet, vita tamen solitariâ cum primis oblector, semperq; aliis testatum faciam, nunquam nobis defuisse voluntatem latendi. Quod autem magnis quibusdam viris id largiendum putas, ut quædam ingenioli nostri specimina sorti publicæ permittam, libens tibi, ut in cæteris omnibus, ita hic quoque assentirer, si non aliud

quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quam tuum judicium jure extimescerem. Non enim video quî malevolorum morsus (quibus procul dubio forent obnoxia) sustinere valeant. Utique dictitarent me gloriolæ cujusdam auram popularem captare, si meas schedulas omnis fere eruditionis inanes seorsim divulgarem. Proinde etiam atque etiam fidem tuam imploro, ut eas tantisper intra privatos parietes latere sinas, dum aliquando plausibilior nobis arriserit occasio. Tractatum tuum de B. Virgine vehementer expecto. Optarim ut ipsi Typographi eodem tenerentur desiderio, non paulo plus illorum operæ jam ante caluissent. Vale Vir incomparabilis cum conjuge & Nepte tua mihi chariſſimis, & salutem à nobis omnibus amicissimam accipe. cIↃ IↃ C XXXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo,

D. ANDREÆ RIVETO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

NOn eſt quod dubites, Vir reverende & in Chriſto chariſſime Pater, nec quidem te dubitare exiſtimo, quin in omnibus ſive proſperis, ſive adverſis, idem nobis ſit, qui vobis, animi ſenſus: maximè verò in iis, quæ vitæ tuæ incolumitatem propiùs tangunt. Neque enim affectus noſtri in communi tantùm Chriſtianæ charitatis vinculo (quo vel ſolo hæc συμπάθεια ſibi optimè conſtare poſſit) ſed, quod plurimum huc conferre ſolet, peculiari quadam neceſſitudine & amicitia arctiſſima conglutinantur. Maturius equidem Literis teſtata fuiſſem dolorem noſtrum, niſi ſerò, & jam ſuperato malo de morbo tuo nuntiatum nobis fuiſſet; adeo ut nihil mihi reliquum ſit, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quam ut doleam me vobis condolere non potuisse. Libellum, seu gemmam verius, quam mihi in perpetuum animi tui cum meo consensus Symbolum mittere dignatus es, exoscula ta sum non semel, & tanquam monile longè pretiosissimum nusquam non circumferre soleo. Quid ni? cum nullum divini pariter ac tui erga nos amoris luculentius exhiberi possit argumentum. Cæterùm quod tàm honorificè de scriptis meis pronunties, αὐταρκῶς αἴλιαν agnosco, & animum tuum verè paternum, & meam hac in parte felicitatem, siquidem, juxta illud Poëtæ:

Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Vale, Vir præstantissime, & salutem à nobis omnibus amicissimam accipe. Ultrajecti v. Maii, cIↃ IↃ c xxxv iii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Nobiliſsimo

D. CLAUDIO SALMASIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

NImis certe magnam de me meiſque ſtudiis concepiſti opinionem, Virorum Nobiliſſime, quando nominis ac ſplendoris tui penè oblitus, occaſionem teſtandæ tuæ erga nos benevolentiæ tàm ſtudioſè exquirere dignatus es. Mihi reverà, quo minus ad amicitiam tuam adſpirare auſa fuerim, nihil magis obſtitit quàm intimus tenuitatis meæ ſenſus: Tibi autem quæ tua inuſitata humanitas, parum viſum eſt me in tanti profeſſionem theſauri ultrò admiſiſſe, niſi & alios, ceu præeuntes, ſimul in partes vocares; quaſi vero rapiendis in cultum & amorem tui hominum animis non abundè ſatis ſit heroica tua virtus. Adhæc ut cæteras tuas dotes ſilentio venerer, te minimè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nimè parcum esse rerum pretiosissimarum dispensatorem accepimus, & quicquid est præclarorum tuorum operum, amicis impertire non gravari. Itaque non possum quin singularem hanc morum tuorum benignitatem gratâ mente prosequar, & Attalicas hasce conditiones avidissimè amplectar. Fateor quidem, si omnia hic ad calculum κατ' ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν revocanda forent, ac proinde ex hac velut pacto fructum aliquem à me vicissim stipulari velis, nullam dari fœderis inter nos ineundi rationem: Verùm nihil ejusmodi tua poscit felicitas, quę tantùm se aliis communicando, non autem aliunde accipiendo cumulari potest. Hinc de tui similibus optimè pronunciavit M. Tullius, *Vt quisque* (inquiens) *maximè virtute & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque in seipso posita judicet: ita in amicitiis expetendis excolendisque maximè excellit.* Munus à fœmina nobili profectum summopere mihi gratum fuit. Utinam αὐτό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

δωρον aliquod esset ad manum, quod redhostimenti, vel saltem grati animi vicem sustinere queat. Mitto autem hoc qualecunque ejusdem generis specimen, sed diverso modo à me elaboratum: quod unà cum propensissimæ voluntatis nostræ testificatione ipsi transmittas etiam atque etiam rogo. Te satis periculosè ægrotasse ex Fratre intellexi, sed cumprimis lætamur, quod te iterum ὑγίεα respexerit; quam ut diu tibi conservet summum Numen veneror ac precor. Nos ferè perpetuò tenuiori utimur valetudine. Vale & salve, Vir præstantissime simul cum Conjuge nobilissima, cui studium & officia nostra deferri ex animo cupio. Ultrajecti. v. Kalend. Junias, cIↃIↃ c XXXIX.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Nobilißimo

D. DANIELI HEINSIO

S. D.

ANNA MARIA A SCURMAN.

QUod animum erga nos tuum, Nobiliſſime Domine, tam honorifico munere teſtari dignatus ſis, id merito eximiæ tuæ benignitati ferimus acceptum. Neque enim adeo philautia mihi imponit, ut quicquam hic meis meritis vindicem; tametſi (quæ tua eſt divina humanitas) gratis mihi ſummam virtutis laudem tribuis, ne gratis in me beneficium contuliſſe videare. Certè ut nihil erat cogitationibus tuis dignius, nihil Chriſtianæ Reip. plauſibilius, quam vt hanc operam cœleſti ſapientiæ devoveres, ita nobis in hoc genere ſtudiorum quibus immorari atque immori percupimus, nihil obtingere potuiſſet exoptatius. Vale Virorum humaniſſime, una cum Dn. Filia, mihi è

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

hi è paucis perquam chara. Ultrajecti prid. Non. Jan. clɔ lɔ c xl.

Viro Clarißimo,

D. JOH. BEVEROVICIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

QVę inter prȩcipua Charitum munera virginem quam maxime decere putamus, Vir Amplißime, ea hoc potißimum tempore vix retinere videmur, modeſtiam ſcilicet & ſilentium. Tanta quippe nos ſollicitat humanitatis veſtræ erga immerentem profuſio, tamque invidioſis præconiis meam cumulatis inſcitiam, ut neque modeſtiâ ſilentium, neque ſilentio modeſtiam tueri me poſſe arbitrer. Illud ſane elegantißimis tuis litteris effeciſti, ut neſciam utrum animo meo humiliorem propriæ tenuitatis ſenſum impreſſeris, an vero præclariorem de te exiſtimationem.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Quod autem, ſive qualicunque ingenioli mei tyrocinio, ſive magnorum virorum perſuaſione adductus, noſtri nominis rationem habere cœpiſti; id nihil, aut certe parum cauſæ fuiſſet, cur me tam magnifice laudares, niſi huc ultro te impuliſſet inſignis illa genii tui benignitas. Interim tamen non diſſimulabo quantopere mihi gratuler, quod videam te ſtudiis noſtris impendio favere, atque adeo paradoxum vitæ meæ inſtitutum tuo quaſi Apollinis ſuffragio comprobari. Sunt enim hodie non pauci, qui non ita facile concederent in tuam ſententiam; imo qui contra ſtatuerent politiorem hunc ornatum noſtro ſexui minime convenire, neque nobis promiſcue ad hoc Minervæ ſacrarium aditum patere. Invenies itaque, nî fallor, antagoniſtas, nec infimi ſubſellii viros, ubi hæc plus quam ἀπίθανα (ut nunc ſunt hominum judicia) propugnanda ſuſceperis. Verumtamen, cum tibi & omnigenæ eruditionis, & ſapientiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mæ antiquitatis lumen præluceat; cumque opera tua non obſcure teſtentur te nimirum à libera illa ac Socratica philoſophandi ratione non abhorrere, vix quicquam arbitror cura tua dignius fore, quam ut ſcripto quodam publico, & noſtro ordini ſuam dignitatem aſſeras, & generoſiora virginum vota ad hoc vitæ genus amplectendum accendas. Nec id optarim tam mei, quam univerſæ Reip. literariæ cauſa: cui jam pridem te totum devovere non dubitaſti. Quare ut provinciam hanc ſerio, & quam primum capeſſas per omnia Muſarum ſacra te etiam atque etiam obteſtamur. Porro egregium, quem de calculo conſcripſiſti libellum, & hilari (ut par erat) fronte accepi, & grata omnino mente amplector: munus revera quod non ſolum affectus erga me tui, ſed & ingenii pulcherrimum ſpecimen exhibuit. Etſi vero hujus artis mirabilem ſuavitatem jam ante libare cœpi, quo nempe cum ὑγιείᾳ in gratiam redirem auſpicatius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

catius: tamen vix ab insipidæ arrogantiæ nota absolverer, si mihi de hoc scribendi genere judicandi peritiam arrogarem; quamvis & nobis pro inusitata tua modestia judicandi potestatem feceris. Vale, Vir eximie, & cave putes quippiam mihi gratius accidere posse tuo tam benevolo erga me studio. Ultrajecti XII. Kalend. Febr. CIↃ IↃ C XXXVIII.

Viro Clarissimo,

D. JOH. BEVEROVICIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

VIdi tractatum tuum, Vir Clarissime, quem de excellentia fæminei sexus inscripsisti: sed vidi tantum, ὡς ἐν παρόδῳ, cum propter varias occupatiunculas, quibus non raro vel meis ingratiis implicari soleo, tum quia verebar, ne quid longior mora adferret incommodi, si desiderii potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tius mei, quam tui inſtituti rationem haberem. Mirata ſum equidem inſignis benignitatis tuæ exuperantiam, qua non tantum ſexui noſtro ſapientiæ ac doctrinæ gloriam (quod unum ſolummodo à te nuper efflagitaveram) diſertiſſimo tuo ſtylo aſſerere voluiſti: verum ſic cauſæ noſtræ faves, ut nos etiam viris nuſquam non adæquare, ne dicam in quibuſdam anteponere non dubitaris. Cave igitur exiſtimes me tibi fore in omnibus ὁμόψηφον; præſertim cum tot exempla fæminarum illuſtrium in tam ſublime celebritatis faſtigium evexeris, ut plura ad invidiam, quam ad imitationem diſſeruiſſe videare. Quod cum ita ſit, vehementer te rogo, imo per inviolabilem amicitiæ noſtræ fidem obteſtor, ne nobis hunc librum (quemadmodum ſolitæ comitatis tuæ genio obſecutus forte in animum induxiſti) nuncupare velis. Neque enim te latet quam lividis oculis maxima pars hominum (neque hic tam infimi ſubſellii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſellii homines, quos facile eſſet contemnere, quam magnæ exiſtimationis viros deſigno) noſtra aſpiciant. Adeo ut benigne nobiſcum agi exiſtiment, dum modo ad altiora hæc ſtudia aſpirantes veniam conſequamur: tantum abeſt ut æquo animo laturi ſint, ſi me vel minimam occaſionem dediſſe laudes noſtras eum in modum ebuccinandi, ſuſpicarentur? Non eſt itaque cur hæc anxie perorem apud te, ne novam ſubinde adverſariis calumniandi præbeas materiam; poſteaquam idipſum in hoc opere ages, ut iiſdem os obturare queas. Quod ſi vero illuſtre aliquod nomen frontiſpicio hujus operis præfigendum quæris, non invenies, me quidem judice, quicquam N. N. nomine auſpicatius. Nam fieri nequit, ut non ingentem ineas gratiam apud hanc Heroinam, quæ uti bonis litteris Linguarumque ſtudio impenſe delectatur, ita facile extra omnem invidię aleam poſita eſt. Et quod rei caput eſt, non exiguum huic cauſæ ſplen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſplendorem tum autoritate tum exemplo ſuo conciliare poteſt. Vale Vir eximie. clɔ Ic c xxxix.

Viro Nobiliſſimo,

D. CLAUDIO SALMASIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

JAmpridem, Vir Illuſtris, ancipitem nobis anſam præbuit de officio noſtro deliberandi, quod quidam indubitatæ fidei amicus nobis ſpem certam fecerat tui in urbem noſtram adventus: poſtmodum vero reſcivi fuiſſe ſonticam cauſam, quæ nos tanta felicitate orbavit. Quod igitur coram agere decreveram, nunc ſedulo per litteras curandum habeo, ne diuturnior mora nos forte arguat inofficioſi ſilentii. Promptiſſimam ſane gratæ voluntatis teſtificationem exigere videbatur munus perquam eximium quo bibliothecam meam exornare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nare dignatus es: verùm quando tu gratitudinis ingenium, non tam verborum solemnibus, quam animi promptitudine metiris, confido me tibi gratiam, quam semper habui & habitura sum, sat cito retulisse. Porro cum negotium D. Coutel in tuas rationes non injuria referatur, ad te mitto hoc qualecunque penicilli nostri experimentum: quod eidem ut prima occasione transmittas vehementer rogo. Nolim tamen existimes me in hoc artis Apelleæ certamen descendisse, ut ambitiose triumpharem: sed quoniam tuis velut auspiciis in hanc arenã protrahimur, obsequii magis, quam nostri honoris rationem habere volui. Omitto nunc eas laudes, quibus nimis jocose, certe nimis amice contendis palmam nobis ab utroque sexu deberi. Cætera quidem te Dictatorem reipublicæ literariæ nemo non agnoscit, tamen non defuturos arbitror qui te judicem hac in parte ejuraturi sint potius, quam ut tam ingloriæ sortis damnari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nari ſeſe patiantur. Ad obitum quod attinet doctiſſimi viri Elichmanni, vix dici poteſt quantum inde mœrorem contraxerim, cum ob publicam politioris literaturæ jacturam (quis enim hoc uno felicius Orientalis ſapientiæ ſacrarium nobis reſerare potuiſſet?) tum ob privata ſtudiorum meorum commoda, quæ mihi non temere ab ejus inſigni comitate niveoque candore polliceri poteram. Sed quam nihil in rebus humanis certum, quam hora illa incerta quæ terminum vitæ votiſque mortalium imponit! Vale Vir magne, & meo nomine ſalutem Nobiliſſimæ Dominæ Conjugi ſignificare ne graveris. Ultrajecti. Pridie Idus Decembris ɔIↃ IↃ C XXXIX.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. GUIL. STAECKMANNO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

ETsi non eædem nos, Vir Amplißime, quæ cæteros officiorum leges conſtringunt, nec inglorium nobis eſſe putamus à tua humanitate vinci: tamen, quia ex Reverendo viro Dn. Schotano certo reſcivi te noſtras literulas magnopere deſiderare, non committam ut magis immunitatis, aut decori noſtri, quàm petitionis tuæ rationem habuiſſe videar. Certe tibi plene perſuaſum eſſe percupimus tuorum erga nos meritorum memoriam, ac gratiam nunquam apud nos intermorituram. Nihil autem contingere nobis potuiſſet gratius præclaris illis Muſarum tuarum muneribus, quibus nos jam aliquoties beare dignatus es. Quid enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tuis literis humanius, aut amicius, quid carminibus elegantius, venustius, acutius? ad quæ cave existimes me tandem obsurduisse; vel nobis (ut cum Platone loquar) ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καταρρυγμῶν. Vale Vir Eximie una cum tuis omnibus, & nos de valetudine tua, quam antehac afflictam fuisse accepimus, certiores facias rogo. Ultrajecti v. Id. Junii. clɔ Iɔ c XL.

Viro Clarißimo

D. JOHAN. DE LAET

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

NOtam inhumanitatis incurrerem, Præstantissime atque amicissime Vir, si nihil ad humanissimas tuas literas responderem: præsertim vero cum Frater meus, in Angliam cogitans, vos ἐν παρόδῳ videre in animum induxerit. De libello adversus D. Sal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

D. Salmaſium in lucem proditurо nihil hucuſque inaudivimus: atque ipſe D. Voetius harum rerum utique ignarus eſt. Accedit quod N.N. plus ſatis habet quod agat domi ſuæ: quippe cui nunc gemina, ut accepi, incumbit profeſſio. Proinde confictos eſſe opinor hoſce rumuſculos & quidem à malevolis, qui famam & ſplendorem magni illius viri æquis oculis intueri non ſuſtinent. Vale virorum optime, una cum omnibus qui tibi ſunt chari. Ultrajecti VI. Kal. Aprilis, cIↃ IↃ C XLI.

Nobiliſſimæ

D^x M O O R.

S. P. D.

ANNA MARIA
A SCHVRMAN.

Nobiliſſima Domina,

NEctare dulciores mihi viſæ ſunt tuæ literæ, quibus, quia ſummopere delector colloquio tuo, citius reſpondiſſem, niſi frater meus, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

haſce tibi traditurus eſt jampridem in Angliam cogitaſſet. Hic tibi vitæ meæ rationem ediſſeret, & penetralia animi erga te mei reſerabit. Vix tamen ita me reprimo, ut prorſus ad graviſſimum epiſtolæ tuæ argumentum conſileſcam. Quæris itaque quomodo res meas ordinem ac diſponam, ut minima cum offenſione vitæ hujus moleſtias, præſertim calamitoſa hac tempeſtate, tranſmittam. Tametſi vero ſingulari tuæ modeſtiæ atque humanitati acceptum debeo, quod exemplum noſtrum imitatione tua non indignum exiſtimas: tamen, ſi nobis aliquando per Dei gratiam uno eodemque contubernio frui liceret, non dubito quin in tanta animorum ſtudiorumque conſpiratione ad virtutem nos invicem magis excitare poſſimus. Utut eſt, dicam verbo, non quid ſemper aſſequar, ſed quem ſcopum quam proximè attingendum mihi proponam. Viam compendiariam longeq; tutiſſimam nobis monſtrat cœleſtis veritatis Cynoſura: ſiquidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quidem optime dictum est illud magni Mirandulani Comitis: *Veritatem Philosophia quærit, Theologia invenit, religio possidet.* Ne autem longius à proposito deflectam binas ansas habere res mortalium non immerito cum insigni Philosopho Epicteto statuimus: non tamen, ut ille, unam commodam, alteram verò incommodam, verum utramque commodissimam, modò recte & ordine arripiantur. Nimirum quidquid ad bene beateque vivendum pertinet, aut ad divinam providentiam, aut ad officium nostrum referri necesse est. Ad primum quod attinet, id unum ago ut iis rebus, quæ extra nostram potestatem sunt, unica tantum mihi cura sit, in Deum scilicet curas omnes rejiciendi: juxta monitum illud Apostoli: πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιρίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν. Quippe hinc omnis nostræ inquietudinis origo est, quod nimis anxie rerum eventus, qui à solo summi Numinis arbitrio pendent, volvere ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mo consuevimus. Superest officium nostrum; cujus partes sunt, ea duntaxat, quæ sub nostram deliberationem cadunt, & industriâ & prudentiâ nostrâ moderari. Nihil utique nos perinde tranquillitatis arce dejicit, atque prava exempla, & fallaces illecebræ hujus seculi: ut jam omittam tædia & molestias, quæ conditionem eorum, qui velut in proscenio hujus mundi versantur, perpetuo comitari solent. Huic autem malo non aliud invenio expeditius remedium quàm studiorum secessum. Etenim, quando corruptissimis passim moribus hodie vivitur, vix est ut aliquis tantum ardoris ad virtutem prosequendam in aliis accendat, quantum ipse qui frequenti hominum conversatione utitur, plerumque de suo remittit. Hic verò remotis illis hujus seculi præstigiis, rectius de rebus omnibus judicamus, & quæ prophanis hominum animis admirationem indicunt, tuto contemnimus. Hic licet in otio Musis opportuno mentem

tem ad altiora erigere, & ſine impedimento ſapientiæ ſtudium capeſſere: de quibus plura in epiſtola typis excuſâ, quam ad te mitto. Adjunxi inſuper meam effigiem propria manu ad vivum depictam, quo tibi omni ex parte, quantum fieri poteſt, innoteſcam. Vale noſtri ſexus immortale decus, meque tui amantiſſimam redamare perge. Ultrajecti Kal. April. cIↃ IↃ cXLI.

Viro Clariſſimo,

D. JOH. CLOPPENBURGH

S. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

NEc tuo, ut opinor, Vir Reverende, nec meo quidem ſatisfecerim deſiderio, niſi ad doctiſſimas tuas literas pro modulo noſtro reſponderim, ſimulque amicitiam tuam, tam humaniter, tam candide mihi obla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tam, ſerio amplecterer. Quod autem à me poſtulas ut de eximia in locum illum difficillimum 1 Corinth. 15. animadverſione tua judicium faciam, id merito ſingulari tuę modeſtiæ acceptum debeo. Neque enim tantum mihi ſumo, ut ſtylo decretorio tecum agere in animum inducam meum: præſertim verò cum facilius ſit, in tanta judiciorum diſcrepantia, de propria ſententia dubitare, quàm alienæ per omnia aſſentiri. Tametſi non poſſum non magnopere mirari haud mediocrem ingenii tui ad inveſtiganda τὰ ἄπορα ſagacitatem: tamen, quia eorum, quæ juxta tuam explicationem neceſſario præſupponuntur, non æque evidens ubique demonſtratio eſt, non verebor quidquid etiamnum huic menti caliginis obverſatur, liberius expromere. Primum non ſatis ſolide, ſaltem ex hoc capite, probari poſſe exiſtimem, quoſdam ex illis quingentis fratribus, quos obdormiviſſe prædicat Apoſtolus verſ. 6. martyrii coronam conſecutos

secutos fuisse. Deinde versum 11. intelligendum esse de iisdem, abnuere videtur ipsa series & orationis contextus vers. 7. 8. 9. 10. & 11. ubi non agitur de martyribus illis vita modò defunctis, sed de Apostolis tum temporis, cum S. Paulus hæc scriberet, resurrectionem Christi prædicantibus. Idem fere dixerim de versu 15. quando ibidem ex falsa hæreticorum hypothesi Apostolos potius, quàm alios quoslibet criminis ψευδομαρτυρίας argui vero consentaneum est. Postremo exempla mihi nunc quidem non occurrunt, quibus certo evinci queat verba & phrasin Apostolicam ultro admittere hanc interpretationem; nimirum τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, nihil aliud esse quam quosdam Christianorum olim Baptismum recepisse, commotos scilicet exemplo istorum martyrum, qui hanc veritatem proprio sanguine obsignaverant. Plura non addam; nec quicquam pro thesi mea, aut contra eam nunc allatura; siqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

dem ea vel hoc tantum nomine abunde mihi placet, quod egregiæ meditationi, atque adeo sanctissimæ inter nos necessitudini contrahendæ ansam præbuerit. Vale Ultrajecti, cIↃ IↃ C XLI.

Viro Clarissimo,

ANDREÆ RIVETO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

APologeticum tuum, Vir Reverende, dilectissimeque in Christo Pater, magna cum admiratione perlegi, vicitque expectationem nostram, & moræ longioris tædium, simulatque ad nos pervenit, gratiâ suâ abunde pensavit. Quod autem me quoque inter cæteros amicos nobilissimi hujus certaminis non spectatricem modo, verum etiam judicem deligere volueris, agnosco humani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

manitatem erga me tuam. Scio equidem non mei esse fori de iis, quæ autoritate nituntur, ferre sententiam; nihil tamen mihi arrogabo insolentius, si te, in re minimè dubia, de adversario non ignobili triumphare prædicavero. Quis enim non videt te ita pro veritate divina pugnasse, ut neque zelo majore quisquam, neque doctrinâ, nec prudentiâ, nec successu hanc causam agere potuerit? Magna certè fuit antea apud omnes D. Grotii tum ingenii, tum eruditionis existimatio: nunc verò postquam cœpit tàm à ratione studiisque suis, ut antea credebatur, aliena moliri, atque adeo universam reformationem, ejusque primarios Antistites acerbissimis dicteriis incessere, nemo non Grotium in Grotio desiderat. Porrò autem quàm est ridiculum, quàm inauspicatum, hominem, cui nec cum aliis, nec secum (quod tu egregiè ostendisti) convenit, id sibi sumere, ut minimè rogatus, nobis cum Pontificiis & posse con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

convenire & debere, ὡς ἐκ τρίποδος (ut ajunt) pronunciet. De morbo D. Molinæi quæ per literas significas, ejus generis sunt, ut eorum cogitatione non possim non vehementer commoveri. Atqui vel imprimis hoc solatio utor ea remedia illi divinitus suppeditanti (preces inquam ardentissimas) quæ vel athletica valetudine potiora haberi debent. Spero tamen fore, ut Deus Opt. Max. mox lætiora largiatur, atque etiam conjugem tuam pristinæ sanitati restituat. Vale chariſſime Pater, cum omnibus tuis. XIII. Kalend. Febr. CIↃ IↃ C XLIII.

Viro Clarissimo,

D. ANDREÆ RIVETO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

O Instabilem Ecclesiæ Dei conditionem! Anne etiam in ***, ubi ali-

aliquandiu, ut Daniel Propheta inter leones, ita in medio hostium tuta, & pene secura fuit, novas turbas & persecutiones Reformatis imminere rumor est. Id non obscure ex postremis tuis ad D. Voetium literis intelleximus. Hæ ut ut nos graviter afficiant, nihil nobis certe relinquitur, quam ut nostris precibus Deo causam suam tuendam unanimiter commendemus: qui facile mala omnia à suis avertere, vel, si aliter ipsi visum fuerit, etiam in bonum convertere potest. Quæ vero, præter commune istud piorum omnium officium, nostram prudentiam, pietatem, fidem atque constantiam requirunt, non injuria multo majores curas in nos derivare videntur. Illud profecto in primis experiuntur fideles verbi ministri, qui cum purioris doctrinæ patrocinium suscipiunt, virulentis ac venenatis malevolorum telis petuntur, quæ si aut declinare aut retorquere conantur, affectibus potius suis, quàm veritati

aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

aut pietati litasse existimantur. Hic tua nuper veritatis adversus Grotium defensio, licet omnibus numeris prudentiæ absoluta, non potuit tamen effugere calumniam adversarii tui. Aleam nunc subit eandem *** quoniam nimis (ut putant) aperte *** convincit. At quæ, obsecro, causa erat, cur ille hac in parte prævaricaretur? An propter honorem ordinis? Sed vel ideo maxime redargui debuit, quod plus etiam exemplo, quàm peccato nocuerit. Egregie hoc axioma Calvinus in libro suo de scandalis, ut probe nosti, explodit. Nec Spiritus S. carere nos voluit exemplo Apostoli qui S. Petro pede non recto incedenti, publice, seu coram omnibus in os restitit, imo quod magis miremur, divinis æternumque mansuris monumentis deliquium tanti Ecclesiæ luminis, velut nigro carbone notavit. Hæc quidem liberius in sinum tuum effudi, quia te nihil eorum quæ propius nos tangunt, celare possum. De rebus Sedanen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nensibus prima occasione pluribus scribere constitui. Vale & salve una cum D. Conjuge tua Chariſſima. Raptim Ultrajecti. v. Non. April. cIↃ IↃ cXLIII.

Viro Clarißimo,

D. JOH. BEVEROVICIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

SI tardius respondeo ad superiores tuas literas, Vir Ampliſſime, quam pro expectatione fortasse tua, nolim ignores non minimam partem hujus culpæ residere vel in mora istius amici, cui tuas ad me perferendas tradidisti, vel in αὐταρκείᾳ potius tua, quæ, dum omnibus arridet, atque, te etiam autore, nusquam non tanquam in patrio solo habitare gestit, facile in itinere se detineri passa est. Mihi revera quam primum nacta sum eximium hoc opusculum, ita illece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lecebro ſumcum ob ſtyli elegantioris venuſtatem, tum ob argumenti ipſius utilitatem viſum eſt, ut non ſuſtinuerim ab ejuſdem lectione, priuſquam abſolviſſem, ſpiritum revocare. Valde in cæteris probavi eas rationes, quibus herbarum indigenarum uſum imprimis veſtri ordinis hominibus probare contendis. Spero autem fore, ut tibi tam felix fauſtumque ſit hoc conſilium, quam illud ingenio tuo dignum, atque omnibus eruditæ novitatis ſtudioſis amplexandum eſſe judico. Perge igitur ejuſmodi ſcriptis orbem literarium magis ac magis illuſtrare; ejuſdemque generis plura arcana ad artem medicam recte inſtituendam neceſſaria, ex umbra in ſolem (quod dicitur) educere. Quod autem noſtras literulas longe ſupra eorum meritum laudibus extollis, adeoque primas te inter præclara magnorum virorum monumenta illis decreviſſe ſcribis, incredibile eſt quantopere hac in re à te diſſentiam. Tantum enim

enim abeſt ut lucubratiunculis meis id honoris tribuam, ut iiſdem vix ullam publicæ lucis uſuram concederem, niſi plus aliquoties amicorum efflagitationibus, quam meo judicio obſequendum eſſe putarem. Video quam prolixe te primo vere una cum lectiſſima filiola tua ad nos excurſurum promittas; ſed vide ne meis quoque veſtigiis inhæreas, &, dum ſatis ſalſe morem noſtrum rides, ſimiliter moram interponendo poſtea ejuſdem culpæ inſimulari queas. Vale ſummum Medicorum decus, & ſalutem à me tuis omnibus nunciare ne graveris... Aprilis cIↃ IↃ cXLIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

FIrmiori fundamento, Vir Humanissime, noſtra nititur amicitia, quàm ut levioris ſuſpicionis aura tentari, nedum commoveri poſſit. At ſi cauſa noſtra ad ſeverioris juſtitiæ tribunal peroranda foret, vereor, ne ego potius ingratitudinis, quàm tu inhumanitatis, rea peragi poſſem. Scio equidem quam ſis capitalis hujus vitii hoſtis: & profecto eſſem ab omnibus Gratiis aliena niſi jamdudum iſtius rei memoriam plane ex animo deleviſſem. Te verò, ut priſtinam tuam erga nos benevolentiam ſartam tectam conſervare velis, etiam atque etiam rogo. Vale & ſalve una cum Domina Conjuge liberiſq; tuis lectiſſimis. Ultrajecti prid. Non. Majas cIↃIↃ cXLIV.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHURMAN.

VIdeo, Vir Clariſſime, cum ex tua, tum ex Reverendi illius viri epiſtola, quantum apud illum valeas dicendi facultate, qua mihi tam inſignem ejus erga me benevolentiam conciliaſti: ſed, quia hanc minime promerita ſum, te plurimũ hic indulſiſſe humanitatis tuæ genio, & quicquid nobis deeſt, gratia ſuppleviſſe facile conjicio. Agitur itaque de tua fide, quam, ut illi Atticam fuiſſe probes, Attica, id eſt tua eloquentia omnino opus eſt, quò & ego illi Attico ſtylo ſcripſiſſe videar. Ego verò, tametſi nihil tam illuſtris fidei orthodoxæ Antiſtitis expectatione dignum proferre poſſum: habeo tamen ſatis, quod qualicunque modo hiſce literulis teſtata ſum, quanto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

pere heroicas ejus virtutes venerer ac colam. Plura non addam, ne immemor videar promissionis tuæ, quæ mihi spem fecit te nobis brevi tui videndi una cum charissima familia copiam facturum. Vale, Virorum humanissime, & te simulq; D. Conjugē, liberosque lectissimos, & fratris & meo nomine salvere jubeo. Ultrajecti XIII. Kal. Majas CIↃ IↃ C XLV.

Viro Clarissimo,

D. PETRO GASSENDO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

ADeo gratiose me nuper humanissimis tuis literis ad ipsius exemplar virtutis effinxisti, Vir Clarissime, ut non aliam æternæ mei memoriæ statuam decerni postularem, siquidem hic gratiæ ac veritati per omnia bene conveniret : verum quando te, cætera acerrimum veritatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tatis vindicem, vel famæ blandientis aura, vel nimio quodam in nos ſtudio eò abductum intelligo, ut in meis laudibus cumulandis animi potius tui candorem, quàm meam effigiem expreſſeris, non leviter in genium τῆς φιλαληθείας peccarem, niſi te hoc qualicunque errore quamprimum liberarem. Video te noſtram de politioribus virginum ſtudiis diſſertatiunculam tam benevole excepiſſe, ut inde non parum tuæ de me exiſtimationi acceſſerit. Atqui, quid obſecro in hoc ſcripto magnopere prædicandum, præterquam quod cauſam liberalem, &, meo quidem calculo, æquiſſimam, quantum per modeſtiam licuit, acriter agere conata ſum? Illuſtre verò tui in veram ſapientiam amoris argumentum eſt, quod etiam in noſtro ſexu qualemcunque ejus ſcintillulam adeo non contemnas, ut eam vel inſigni tuo favore fovere, atque inflammare non dubites. Quare tametſi variis de cauſis nihil literarum ad extraneos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

dare jam ante in animum induxerim: tamen, quia merito te virtus tua, ſummaque benefacta in univerſum orbem literarium collata, de horum numero eximunt, omnes mihi Gratias iratas haberem, ſi non aliquo ſaltem monumento teſtarer, quantopere mihi gratuler, quod vitæ meæ inſtitutum ſuffragio tuo comprobare dignatus ſis. Paucis equidem (quando τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ἐστὶ) boniſque placere cupio, tibi vero imprimis, quem ego tot armis ac copiis inſtructum video, ut, quemadmodum nuper antiquæ philoſophiæ decus ſuum egregie aſſeruiſti: ita, ſi opus ſit, communem bonarum artium ſive literarum cauſam contra profeſſos ejus hoſtes, aut certe fœminei nominis contemptores tutari facile poſſis. Vale. Ultrajecti XII. Kal. Jan. CIↃ IↃ C XLIV.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo,

D. ANDREÆ RIVETO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

ULtro meipſam neglecti officii ream perago, Vir Reverende, chariſſimeque in Chriſto Pater, quotieſcunque in memoriam revoco te literulas noſtras, quantumvis rerum inanes, non modo non dedignari, verum etiam, quæ tua eſt in nos indulgentia, non raro de earum raritate mecum expoſtulare. Cæteroquin, cum nihil eſt quod tua cognitione dignum arbitrer, neſcio quis metus in cauſa ſit, quo minus auſim curas tuas graviores interpellare. Neque enim ſatis mihi perſpectum eſt, qua ratione familiaritatem in ſcribendo, nimiam & reverentiam, quam tibi jure debeo inter ſe conciliare poſſim. Facile itaque à te impetrabo, ut, quidquid hîc admiſſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

est, in benigniorem partem accipias. Quæ de statu *** nuncias, uti consilia auxiliaque humana exuperant, ita in cogitationem venerationemque divinæ Clementiæ nos adducere, imo rapere merito debent. Utinam harum rerum occasione reliquæ ** Ecclesiæ singularis illius gratiæ, quam Deus tantum suis impertit, serio reminiscerentur; neque eam ulla machinatione Sathanę, qui salutarem hujus doctrinæ lucem non sustinet, obscurari paterentur. In magna expectatione sumus Operum Philosophicorum Cl. D. Molinæi, cujus virtus, post tot calamitates, Solis instar nebulam perrumpentis, clarius effulgescit. Quod autem ea nomine sororis meæ (quemadmodum innuis) se mihi sistent, id honoris tametsi minime promerita sum: tamen fieri nequit, quin mihi omnia, quæ ab ejus mente manuque proficiscentur, futura sint gratissima. Deus Opt. Max. te in summum decus ac præsidium Ecclesiæ suæ diu servet.

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Materterę ac frater meus te una cum D. Conjuge tua amiciſſima, quam officioſiſſime ſalutant. XV. Kal. Jan. clɔ Iɔ cXLIV.

Viro Clariſſimo,

D. SIMONDS D'EWES

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

LIteras tuas, Vir Illuſtris, & nivei candoris genium, & politioris humanitatis auram ſpirantes hilari, ut par erat, fronte jampridem accepi. Nec profectò commiſiſſem ut tam diu reſponſum noſtrum deſiderare potuiſſes, niſi, non unâ de cauſa, jam ante conſtituiſſem perrarò indigenis ſcribere, exteris verò rariſſimè. Attamen, cum nuper ex Nobiliſſimo ſpectaræque fidei viro D. Stricklandio intellexiſſem, quantum tu dignitate omnigenâque eruditionis laude excelleres, virginalis verecundia (cui alioqui haut poſtremas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

concedere ſolemus) tuis virtutibus ὁμιλητικαῖς tanquam κρείττοσις cedere non erubeſcit. Harum itaque in cogitatione defixa, calamum avidè arripui, quo cultum illis & honorem, quem ſuo quaſi jure poſtulant, per literas deferrem. Huc quoque non leviter me impulit æquiſſima tua de noſtro ſexu ſententia, quam utinam ego tam facilè meo exemplo (ut tu quidem nimis benignè judicas) quàm rationibus comprobare poſſem. Quod autem ſcribis eruditiſſimam Matronam D. Bathſuam Meckinſiam tam magnifice prędicaſſe meam in ſublimioribus ſtudiis induſtriam, atque adeo te incredibili accenſum fuiſſe nos alloquendi deſiderio, id totum cum immeritæ ejus erga me benevolentiæ, tum & tuæ in aſſentiendo facilitati ferimus acceptum. Eam quippè literarum gloriam mihi attribuis, quam ſi ultrò admitterem, in veritatis ac modeſtiæ leges graviter peccarem. Veruntamen non ibo inficias me rebus optimis juxta ac maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

maximis, licet captum meum aliquando ſuperent, magnopere delectari. Quare cave exiſtimes me Reipublicæ veſtræ concuſſione parum affici, pro cujus ſalute preces noſtræ militare non deſinunt. Rem igitur mihi feceris longè gratiſſimam ſi quicquid deinceps ab Ampliſſimo ſanctiſſimoque veſtro ordine & in togâ & in ſago præclarius geſtum fuerit, nobiſcum ejuſdem cauſę conſortibus (prout ultrò polliceri dignatus es) communicare non graveris. Vale Muſarum antiſtes incomparabilis, una cum D. Conjuge tua generoſiſſima, cui ut meis verbis ſalutem plurimam nunciare velis ſubmiſſè rogo. Ultrajecti prid. Kal. Novemb. cIↃ IↃ c XLV.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. FRIDERICO SPANHEMIO

S. P. D.

ANNA MARIA
A SCHURMAN.

LIteras tuas accepi, Vir Reverende, sed, quem mihi de meliore nota commendaveras, verbi Divini Ministrum nondum videre contigit. De nugarum mearum editione, quam etiam num adeo suades, tametsi nihil certi hucusque constituerim: tamen, quia sic tibi visum est, non sustineo consiliis tuis à tam niveo & amico pectore profectis obsistere diutius. Quoniam verò non exigua pars est literarum, quæ nihil præter inanias verborum habent, potiores, quoad fieri poterit, seligendas, & ad te transmittendas curabo. Tu autem plectes, formabis, reformabis prout tibi collibitum fuerit. Idem tibi jus esto in hanc, quam ad N. mitto, epistolam, & siquid sit, quod suspiceris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ris eum jure posse offendere, spongiâ deleas, & deinde obsignatam ipsi reddere ne graveris, rogo. Vale, Vir amicissime, & te una cum Domina Conjuge tua suavissima quotquot sumus quam officiosissimè salvere jubemus. Vltrajecti IX. Kalend. Jan. cIↃ IↃ CXLVI.

Viro Clarißimo,

D. LAMBERTO GORIS

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

PErjucundæ mihi fuerũt literæ tuæ, Vir Amplissime, ex quibus insignem tuam erga nos benevolentiam facile perspexi. Huic enim debeo, quod mei tam diuturnam tamque singularem, quam ego sane à meis meritis sperare minime potuissem, retinueris memoriam. Utique ab omnibus Themidis vestræ sacris aliena forem, si doctrinæ ac virtutum lau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

laudes, (quas tu quidem mihi tribuis, verum conſcientia mea non agnoſcit) meo quaſi jure vel poſtularem, vel admitterem. Quid enim aliud juſtitia, quàm (ut Philoſophi verbis utar) ἀρετὴ ψυχῆς ἀπονεμητικὴ τ καθ' ἀξίαν? Quod autem Vir Reverendus D. Smith pro inſigni ſuo in nos affectu, tam præclara tibi de meis ſtudiis non ſolum confirmavit, ſed etiam perſuaſit, non adeo miramur; ſiquidem te facile adducere paſſus es, ut crederes non eſſe illud literarum faſtigium inacceſſum alienæ virtuti, quo te tua jam pridem feliciter evexit. Quantum vero tu in hoc genere excellas, ſatis oſtendit tua, quam ad me nuper miſiſti, doctiſſima Commentatio: quo nomine cum ob animi tui in nos propenſitatem, tum ob ipſius muneris præſtantiam me tibi plurimum devinctam eſſe profiteor. Vale Vir humaniſſime; & amiciſſimam D. Conjugi tuæ ſalutem ex me annuncies, rogo. Ultrajecti. v. Kal. Febr. cIↃ lↃ CXLVI.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Nobilißimo,

D. SIMODS D'EWES

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

REdditæ mihi ſunt literæ tuæ, Vir humaniſſime, ex quibus, quantopere Muſarum gratiam gloriamque depereas, facile perſpexi. Id verò maxime teſtaris, generis ſplendorem fumoſaſque imagines non ſatis familiæ tuæ ornamento fore ratus, niſi & D. Conjugi tuæ filiabuſque generoſiſſimis literarum decus accederet. Macte igitur tam præclaro conſilio, & quemadmodum vulgi vocem moriſque recepti tyrannidem contemnere cœpiſti, ita, ſi tam feliciter auſpicatis inſiſtere perrexeris, & de invidia facile triumphabis, & illuſtria ac domeſtica eruditæ virtutis exempla ſexui noſtro ad imitandum propones. Vale Nobiliſſime Muſarum Patrone, atque illuſtri familiæ tuæ ſalutem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tem ex me officiosissimam annuncia-re ne graveris. Ultrajecti v. Kal. April. cIↃ IↃ cXLVI.

Viro Clarissimo,

D. LUFFRIDO OSTERWICK

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

NOn raro solet mihi accidere, Vir Amplissime, ut sexus atque ordinis nostri subnixa immunitatibus, parcius reddam id genus officii quod amicorum litteris debetur: verum cum tam eximia sit tua erga nos humanitas, ut vix insignem rusticitatis notam effugerem, nisi eidem aliqua ex parte respondere conarer, committere nolui, ut meas, quas avide expectas, literulas desiderares diutius. Quod autem ex sermonibus meis, cum nos superiori æstate invisseres, non mediocrem voluptatem te cepisse scribis, ejusque vestigia animo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mo etiam memori prosequeris, id benevolentiæ jure tribuo. Ex eo enim fonte promanant tot illustrium præconiorum tuorum rivuli, quibus nomen meum, non dicam aspergis, sed quam largissime perfundis. Nec aliunde proficiscitur tuum, haud vulgare Musas nostras promovendi studium, cujus ἀναμφισβήτητον τεκμήριον munus sane egregium extare voluisti. Et ut ad summam beneficentiam nihil reliquum faceres, omnia insuper nobis polliceri non dedignaris. Utinam mihi esset in promptu eam referre gratiam, quam me tibi semper habituram profiteor. Tragœdia illa, quæ hominem, cujus in tuis literis meministi, in suas partes pertraxit, atque etiam nunc misere irretitum detinet; nondum suam καταστροφὴν absolvisse videtur; eo tamen nunc loco est, ut ab ea satis tuta sit innocentia, nec possit nisi ipsis autoribus suis afferre detrimentum. Vale Vir Præstantissime, tibi, D. conjugi tuæ Matronæ lectissimæ de felice partu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mihique cognomine magnopere gratulor, simulque salutem ipsi amicissime remitto. Ultrajecti clɔ lɔ CXLVI. Id. Aug.

Viro Clarißimo

D. LUFFRIDO AB OSTERWICK

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

VAriæ occupatiunculæ, Vir Amplissime, quibus passim detineri soleo, causæ fuêre, cur tardius binis tuis literis humanissimis respondeam. Librum N. N. una accepi, quem ut ego primum lustravi, ejus commatis esse duxi, ut eo Musæum tuum omnis generis autoribus instructissimum spoliari minime debuisset. Verum quando aliter tibi visum est, eum etiam grato animo amplectar, lubensque ad meorum numerum adscribam. Quoniam verò sum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ſummam inter meos Theologos orthodoxos concordiam tueri ſtudeo, æqui bonique conſules, ſi paradoxo huic capiti locum deſignem inter eos, qui propter remotum atque inſolens inventionis genus umbræ inſtar (ut in pictutis fieri ſolet) ſolidioris veritatis pulchritudinem magis eminere antitheſi quadam faciunt. Etenim (ut ſententiam de hoc ſcripto meam, uti poſtulas, expromam) quæcunque Cabaliſtarum in morem, divina juxta atque humana ad Matheſeos, Grammaticæ ac Logicæ ſuæ regulas exigit, & mirabilia inde arcana eruere ſatagit, lectu non plane forent injucunda, ſiquidem fas eſſet (ut in proverbio eſt) de ſublimibus nugari. Jam vero hæ artes qualemcunque etiam novitatis ſpeciem induant, jamdudum, ut optime noſti, ludibrium debent orbi Chriſtiano, omnibuſque rècte philoſophantibus. Quod autem purioris doctrinæ ac vitæ homines, quos Puritanos vocant, ita nobis deſcribit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ut eos ne quidem in pariete depictos vidisse credideris, nescio utrum ignorantiæ, an malitiæ potius tribuendum sit: sed te moror. Vale, Virorum optime, & salutem plurimam Dominæ Conjugi tuæ matronæ lectissimæ à me annuncies rogo. Ultrajecti III. Non. Octob. cIↃ IↃ cXLVI.

Viro Clarissimo,

ANDREÆ RIVETO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

POema Lugubre, cujus memineras in postremis tuis ad me literis, tardius, uti video, quam opinabare, mihi redditum est. Quod autem judicium meum requiris in re, quasi levato, ut dicitur, velo, jam pridem judicata, longius certe ab hac provincia me removerem, nisi animum mentemque nostram (ut cum Medicis loquar) in consensum traheret

ἡ συμ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ἡ συμπάθεια hallucinantis amoris erga me tui. Ego revera ſive materiæ gravitatem, ſive venæ affluentiam, ſive tractandi modum ad pietatem plane compoſitum, ſive genuinos veſtri Idiomatis lepores, quibus matronale decus orationi conciliari ſolet, accuratius perpendo, id ſatis mihi perſpexiſſe videor, haut facile ipſos Poëtas laureatos, quos hodie Gallia veſtra tantopere admiratur, parem gloriam in ſimili argumento relaturos. Sic extra omne obſequium pronuncio, tametſi gratiam ac favorem illius Principiſſęme non mediocriter captare libere profiteor. *** heroicam in Religione conſtantiam nunquam pro merito ſatis prædicari poſſe juxta mecum nemo non fateri debet; eoque magis, quod hanc virtutem in ſexu noſtro rarius eminere contendunt morum Magiſtri. Proinde non dubito quin tam illuſtre exemplum viris etiam Principibus, quorum non pauci ſub eodem cœlo nati à veritate defecêre, vires ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mumque sit additurum. D. Molineam ad nos adspirare gaudeo, ac mirum est, quantopere in commune hoc votum conspiremus utrinque. Porro quid Medicus ille in persanando parente Cl. D. Molineo præstiturus sit, magnopere scire desidero. Spem omnem pene exuperant ea, quæ de restauranda Academia Sedanensi memoras; deque benevolentia *** erga D. Affinem tuum, atque Ecclesiam Reformatam. Quæ, si modo sine schemate politico peragantur, aurea nobis secula in ferreo hoc seculo promittere videntur. Vale, Charissime in Christo Pater. Te tuamque Conjugem amicissimam in longæva ac viridi senecta diu nobis servet summus rerum Arbiter & tandem sero vos reddat Olympo. Materteræ ac Frater meus juxta mecum vos quàm officiosissime salutant.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

JACOBO CRUCIO

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHURMAN.

QVamvis vitam in ſolitudine tranquillam, inque otio umbratili ſubobſcuram degere, jam pridem in animum induxerim, atque etiamnum ſeriò mediter, Vir ornatiſsime, vel quod peculiari quodam genii ductu eò propendeat animus, vel quod aliter non ferat ſtudiorum meorum ratio; tamen ab omni humanitate aliena forem, ſi odio lucis in quam me pertrahere voluiſti, ad amiciſsimas tuas litteras, reſpondendi vices longius protraherem. De facie quidem mihi ignotus es hactenus: verum ab ea parte, qua maximè cenſeri debes, jam antè apud nos quoque fama, ac ſcriptis tuis inclareſcere cepiſti: Adhæc S.S. Theologiæ Profeſſor Voetius, vir fide omnium digniſsi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mus, te mihi tuis coloribus talem depinxit, ut non ſolum cum amico apprimè erudito, verum etiam pietatis cultore eximio, per haſce litteras agere liberius non dubitaverim. At quotieſcunque ad tuas oculos converto, unde potiſsimum telam hanc orſura ſim, neſcio: adeò me laudibus, encomiiſque tuis obruiſti, ut iis amoliendis, quantum ad modeſtiæ meæ partes tuendas ſatis ſit, neutiquam mihi videar ſufficere. Nullum ſane virginalis verecundiæ ſenſum retinerem, præſertim cum ſatis ſuperque conſcia mihi ſim meæ ſupellectilis, ſi tam magnifica præconia, ac invidendas voces, detecta ut ajunt fronte, admitterem. Grandior eſt uti video orationis tuæ character, quàm ut coarctari ſe patiatur intra mediocritatis noſtræ anguſtias. Quod de Phydia ſtatuario Græcorum celeberrimo, memoriæ proditum eſt: eum ſcilicet Divis, quàm hominibus effigiandis fuiſſe aptiorem, hoc in te quoque quàm optime quadrare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

drare, non immeritò dixerim. Et quemadmodum ille Palladem, non ad vivum, prout fides ejus, reique veritas exegiſſet, ſed ex mirabilis artis ſuæ præſcripto effinxerat, omnium pulcherrimam: ſic tu nobis ingenium potius tuum, quàm meam effigiem expreſſiſſe videris: in hoc uno tamen diſſimillimi, quod ille pernicioſo errore imponeret aliis, tibi autem impoſitum ſit aliorum errore, nempe amicorum rumuſculis. Ne vero oleum, & operam te perdidiſſe exiſtimes, non committam ut ignores, quàm acres ſubjeceris animo meo ſtimulos, quamque præclarum mihi exhibueris typum, ſive exemplar, ad quod deinceps me, meaque ſtudia componere valde cupio. Porrò incredibile eſt, quàm volupe mihi fuerit ex te intelligere, quanti pietatem facias, quanti modeſtiam. Equidem præſtantiora noſtri ſexus ornamenta nulla agnoſco, quæ ubi non adſunt, ſcenæ & ambitioni inſervit, quidquid ſapientiæ nomine venit. Hæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

enim virtutes noſtri officii cum primis eſſe docent, quantum ſcimus in omni vita profiteri, quantum verò neſcimus, ſubmiſſo animi ſenſu agnoſcere. Et quanquam non inficior nos divinæ clementiæ munere, longè felicius in hoc Chriſtianæ Philoſophiæ ſtudio verſari, quàm ulli ethnicorum, natura duce, contigit, tamen eam quam mihi præ tot, tamque illuſtribus nominibus palmam tribuis, verecundè amolior. Nimis profecto rebus meis confiderem, ſi ad famæ immortalitatem, quam illis præclara ſua molimina peperêre, aſpirare auderem. Porro quid hoc ſeculo videri poſſit mirabilius, quàm quod in tanta mundi caligine, ejuſmodi feminæ exſtiterint, quæ tam paucis mediis inſtructæ, tamque tenuibus provocatæ præmiis, ad politiores litteras, honeſtaque ſtudia mentem erexerint. Nec tantum ſcientiarum, artiumque liberalium gloria, ſed & animi magnitudine, ac modeſtia, affectuum moderatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

singulari, summaque in rebus agendis prudentia, excelluêre: adeò, ut eas hodie Orbi Christiano non exiguam & ruboris, & æmulationis materiem reliquisse, nemo dubitare queat. Ita nimirum DEO nostro visum est, domesticos suos sæpius confundere, alienigenis virtutibus, & quasi è tenebris lucem quæ nos tenebrarum arguat in medio clarissimæ lucis, educere. Quod autem vitæ meæ institutum, cujus olim auctore, ac directore τῷ ἐν μακαρίτοις Patre meo, fundamenta jecimus, suffragio tuo comprobare dignatus sis, est quod magnopere mihi gratuler, vel ideo maximè, quia hoc velut tibicine, meas rationes, quibus & nostro sexui, ad sacra hæc tractanda, aditum patere statuimus, adversus quorundam sinistras opiniones stabiliri arbitror. Cæterum consolationem, quam tibi, quo meo dolori super Charissimæ meæ parentis obitu concepto, medicinam faceres, subjicere placuit, eò avidius sum amplexa, quod eam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

eam, & per omnia fere cœleſtis veritatis auram ſpirare, & ab amico candido, ac veræ Religionis myſta proficiſci ſentiebam. Quocirca ingratiſſima ſim mortalium, niſi ejuſmodi officiis provocata, me tibi plurimum debere teſtificarer. Vale vir humaniſſime, & ne quid decedat tuæ erga nos propenſitati, & per favorem ut cœpiſti errare, & per errorem favere perge. Ultrajecti. III. Non. Januarias cIↃ IↃ c XXXVIII.

Viro Clariſſimo,

D. JOHANNI SMITH

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

POſtremis tuis, Vir Reverende, nihil mihi accidere potuiſſet gratius, tum quia geminam ſpirabant antiquitatem, tum etiam quia affectum erga me tuum eximii muneris quodam veluti auctario teſtificabantur. Effe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Effeciſti ſanè obſervatione tua doctiſſima, ut nemo inpoſterum dubitare poſsit amplius, quiſnam fuerit ille tantopere quondam decantatus, maximiſque viris quæſitus nummus ſerratus. Nec parum luminis fœnerari Hiſtoriæ videmus à tam ſolida atque perſpicua inſcriptionum explicatione. Utinam Deus Opt. Max. ita præclaris ejuſmodi tuis faveret lucubrationibus, ut brevi fruerentur publicæ lucis uſura. Nuper meam in ære cælavi effigiem cujus exemplum una cum libello recenter edito ad te mitto: quod ut boni conſulas vehementer rogo. Vale & ſalve, Vir ornatiſsime, cum tuis Chariſsimis omnibus. Ultrajecti VI. Idus Maii ɔIɔ Iɔ C XLI.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo,

D. JOHANNI SMITH

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHVRMAN.

MAjora ſunt, Vir Reverende, tua in me nuper collata beneficia, quàm ut verbis tantum gratias tibi agere aut velim, aut debeam. Enimverò, præterquam quod παμιεἰδιον meum inſigni theſauro locupletaſti, etiam mentis meæ tenebras doctiſſimis tuis litteris, quibus orbem antiquum illuſtras, diſpuliſti. Quid eſt igitur quod ego remunerationis loco reponam? Nihil nunc quidem ad manum eſt præter verſiculum, non æri, vel auro, ſed vitro fragili inſculptum. Levidenſe fateor munus: cui tamen gratiam facile apud te conciliabo, ſi id ipſum velut æviternæ amicitiæ noſtræ teſſeram accipere non dedignaberis. Quod autem ſpem nobis injicis de Batavicis tuis pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

propediem in lucem edendis, est quo vehementer lætemur. Valde equidem mihi optarem commodam ad vos excurrendi occasionem, ut aliquando instructissimum Thesaurophylacium tuum coram lustrare queam: Verùm, quando nihil certi de re incerta polliceri possum, non mediocri voluptati fuerit qualemcunque ejus imaginem in scriptis tuis contemplari. Vale, Vir Clarissime, & à Fratre meo plurimum salve. Ultrajecti v. Non. Apr. cIↃ IↃ C XLIII.

In calice Crystallino non Adamantis cuspide, ut papilionis quod adjecit parergon, sed novo & raro artificio elegantissimo latoque litterarum ductu hæc gemino orbe inscripsit.

In operculo: Hilaris cupis esse sodalis? *In ipso calice*: Pallada cum Baccho si benè jungis, eris.

Viro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo,

D. JOHANNI SMITH

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHURMAN.

NIhil mihi, Vir Reverende, tua antiquitate visum est antiquius. neque aliud munus, quod perinde nobis, tum novitate, tum raritate placuisset, mihi mittere potuisses. De referenda verò gratia quam tibi nunc habeam hoc nomine maximam, non multum fateor me laborare, quando nihil inter utrumque (si qua Tullii autoritas est) interesse putandum est. Quod tamen eo non affero, quo nomen (id enim ultrò profiteor) minuerem: sed ut hac ratione gratiam tibi & semper habendo referre & vicissim referendo habere possim. Sunt autem revera in hoc scripto (ut ad doctissimum tuum Commentarium revertar) non pauca quæ magnopere mihi tuos thesauros visendi desiderium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

derium auxiſſent, niſi jampridem perſpectum habuiſſem quam non vulgare aut humile oporteat eſſe quod Smithium noſtrum delectat; aut ſi quid forte per ſe tanti non ſit, nihil obſtare quo minus ab æſtimatione tua pretium ac ſplendorem mutuari queat: cujus rei ſpecimen nuper dediſti in diſticho elegantiſſimo quo effigiei noſtræ & formam & gratiam quam ei ars mea negaverat, conciliare voluiſti. Vale. Ultrajecti, IV. Kal. Febr. cIↃ IↃ c XLV.

Frater meus te peramanter ſalutat, idem & ego facio.

Viro Clariſſimo,

D. CONSTANTINO HUGENIO

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHURMAN.

Ne putes, Vir Illuſtris, te ſerò miſiſſe hoc munus perquam eximium; cum ejus generis ſit, ut nunquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quam non gratissimum advenire potuerit. Desiderium quidem sui diuturniori morâ nobis non parum auxerat: verùm id tandem numeris harmonicis abundè explevit. Gratulor autem nobis inprimis quod genti nostræ quæ apud exteros penè ἄμουσος audire solebat, decus suum egregie asseruisti. Ego certè nihil non utilitatis hinc mihi polliceri ausim: quia hoc κθμήλιον amicâ manu vicinæ nostræ nobilissimæ nobis offerendum curasti; cujus ope auspiciisque facilior ad hęc sacra aditus patebit. Non equidem sic Stoæ faveo, ut non libenter fatear hâc Pathodiâ me summoperè commoveri: quod usu maximè cognovi, cum non ita pridem unà cum Sirene nostra mirabile quoddam ejus specimen præberes. Spero itaque fore ut eadem conciliatrice cum Polymnia aliquando redeam in gratiam, vel invitâ, quod dicitur, Minervâ. Quicquid sit, tametsi nostra Musa D. S̄waniæ numeris nondum satis bene consonet, nimirum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

mirum velut anſer olori: optimè tamen tum voce tum mente conſpiramus ad gratias tibi agendum quàm poſſumus maximas: illa quod præclarum hoc opus ejus nomini inſcribere, ego vero quod meum in codicem tuum referre volueris. Vale. Vltrajecti XV Kal. Jan. CIↃ IↃ CXLVII.

Viro Clariſſimo

D. FRIDERICO SPANHEMIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

SI Oratorum ille maximus Tullius nunquam ad dicendum, ut refert Plutarchus, ſine metu acceſſit, non mirabere, Vir Reverende, quod ego ancipiti, ac cunctanti animo in publicum prodire patior id genus epiſtolarum, quæ tametſi apud amicos tum ob ſermonis privati familiaritatem, tum ob affectus ac cultus mei erga eoſdem teſtificationem facile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

gratiâm aliquam invenerunt: tamen aliis, qui hæc tanquam aliena intuebuntur, parum voluptatis fructusque allaturæ sunt. Non equidem ignoro quantum tu iisdem ponderis addere tuo calculo ac commendatione valeas: verum quia in tantâ ingeniorum animorumque discrepantia vix est, ut non in quorundam reprehensionẽ incurrant, id caveas rogo, ne plusculum indulgentiæ tuæ genio obsecutus, de censuræ gravitate nimium remittas. Plura non addam, quoniam Frater meus, qui hanc tibi traditurus est, de his coram. Vale & salve, Vir amiciſſime, & studiis meis, ut soles, fave. Vltrajecti v. Non. Maij. clo Io CXLVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Viro Clarißimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

NOn leviter in humanitatis leges peccarem, Vir Clariſſime, niſi me tibi plurimum debere profiterer, quod adeò benevolam recentemque noſtri memoriam fovere pergis; cujus munus egregium, quod mihi non uno nomine fuit gratiſſimum, τεκμήριον eſſe voluiſti. Acceſſit celebris illius Matronæ carmen minime inelegans; cui libenter ejuſdem generis αὐτίδωρον reponerem: verum cum hoc frigus in præſentiarum & calamum & Muſæ noſtræ venam conſtringat, hanc ſaltem effigiem, quam à me petiit, ipſi, ſi videtur, cum excuſatiuncula tradendam curabis. Habes hic verſiculos meos in laudem Nobiliſſimæ Dominæ Swaniæ extempore conſcriptos, & quidem Leydæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

dę non ſatis emendate typis excuſos, me plane inſciâ, ne dicam, invitâ: ſed, quia jacta eſt alea, remedium huic malo nullum invenio, niſi denovo recudantur una cum reliquis noſtris lucubratiunculis; quod D. Spanhemio ſignifices, ſimulque ſalutem à me amiciſſimam nuncies, etiam atque etiam rogo. Vale & ſalve à nobis omnibus cum Domina Conjuge tua Liberiſque lectiſſimis. Vltrajecti XIV. Kal. Febr. cIↃ IↃ CXLVIII.

Viro Nobiliſſimo,

D. CONSTANTINO HUYGENS

S. P. D.

ANNA MARIA

A SCHVRMAN.

QUanquam ob eminentiam virtutum tuarum, ſive publici quod ſuſtines muneris dignitatē ab omnibus officia expectare jure debeas, Vir Ampliſſime, mavis tamen benefaciendoaliis, quam tibi debita accipiendo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

piendo, magnus haberi. Atque ut tantum æs alienum conflandi author ego ſim, præſertim cum ſolvendo non ſim, haud facile conceſſerim. Petieram quidem à Fratre meo, cum Hagam eſſet profecturus, ut te cum tua familia meis verbis quam ſtudioſiſſime ſalutaret: attamen non fuit animus te his ludicris, quæ otio gaudentes ſaltem curant, implicare; negotiis nimirum graviſſimis aſſiduo occupatum. In eo tamen quod cum artes omnes, tum & pingendi peritia te penes ſuum habeant domicilium; atque adeo à te quoque earum auxilia eſſe petenda, fratrem non vtique fefellit opinio. Utcunque verò res accidit, non ignoro tibi totum deberi, quod, ſiquid in nobis requiri poterat, urbanitate tua ſuppleveris. Porro laudes quas in me confers ὑπερβολάδων, admittere, neq; ex animi ſententia, neque ſatis verecundè poſſim. Nec tamen inficias ibo jucundum mihi fuiſſe laudari à viro, non tantùm ſummè laudato, ſed & laudari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ante alios digniſſimo. Quanti verò tua ſemper fecerim, quam nihil tritum aut vulgare ſonet quidquid à te proficiſcitur, non hic conabor referre: quippe virgini magis decorum eſſe duxerim, iſta ſilendo mirari, quam memorando aliis admirationem excitare. Denique carmen meum, populari, inquam, idiomate conſcriptum, quam multis nominibus tibi ſit obſtrictum, quod cenſorem tam benignum egeris, plus ſatis agnoſco. & licet in extenuationem culpæ, quod ſcilicet, invitis, ut ajunt, Gratiis fruſtra litarim, non pauca afferre queam, acquieſco tamen, quia tibi non diſplicuiſſe, ſatis amplum mihi theatrum eſt. Scimus enim quid hac in parte olim præſtiteris, quam longe ſupra vulgus poëtarum caput extuleris, velut

——— *altus Olympi*
Vertex, qui ſpatio ventos nubeſque reliquit.

quocirca in ea, quam inter nos inſtituis, comparatione à te haud leviter diſſi-

dissideo. Vale Virorum humanissime, & æthereo quemadmodum cœpisti amore, ut prosequaris virtutum tuarum peramantem, valde exopto. Vltrajecti, cIↃ IↃ cxxxvi. Iul 23.

Nobilissimæ, & sine exemplo Virgini,

ANNÆ MARIÆ
A SCHURMAN,

ADOLFUS VORSTIUS, ÆLII F.
& πεάτ]ν.

JAm biennium est, Domina, quod nec Vltrajectum viderim vestrum, nec te, maternæ mihi urbis sydus splendidissimum. Tum verò, quod mirandum multo est magis, nihil interea loci utrinque datum litterarum, quo cœptæ pridem inter nos amicitiæ sacrosanctum illud fœdus firmaretur. Quid igitur? patiémurne eam sic intercidere? Μὴ γένοιτο, ὦ ζ& φίλιε. *Scribo proinde in præsens, & Deum principem, qui omnem hunc regit mundum, testor, nihil meo in te affectui, nihil tuarum venerationi virtu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

tum, tam pertinaci silentio decessisse; quin augeri hæc indies potius ac crescere in nobis, tacitis simul augescente incrementis divini ingenii tui cultu profectuque. Quod uti credas, mitto ejus rei pignus certissimum, Orationem meam, quam in funere viri & amici summi, Petri Cunæi, hisce diebus recitavi. Susceperam equidem id oneris non tam ulla eloquentiæ fiducia, quàm pietatis professione erga defunctum. Quamquam autem affectui plus debeant, quam arti, aut Rhetorum μυροθηκίοις, *quæ diximus; usque eo tamen nonnullis meorum amicorum placuerunt, ut publici ea juris facienda esse existimarent. Dedi hoc quoq; ipsum memoriæ hominis amicissimi; cui, ut vides, nostratium poëtarum nobilium chorus parentare mecum voluit. Vtinam & tu, poëtria non infelix, inter hosce comparuisses, atque ipso ostendisses opere, te non erectas modò noviter Academias, sed Academiarum etiam exstincta præclara lumina æternitati consecrare posse. Inhorrui nuper, cum te, Virginem delicatulam,*

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

& quam decent egregia atque polita omnia, severissima quæque studia, & spinosa insuper, tractare intellexi. Vtque, quod res est, dicam, obstupefecit me non vulgariter σύλλαβος ille, cum imagine tua insertus victuro poëmati Belgico viri maximi, nec citra verborum honorem mihi nominandi, Iacobi Catsii, quo varias atque inusitatas industriæ, doctrinæque tuæ dotes complexus is est. Deus bone! téne Virginem intactam, nullum propemodum genus disciplinæ sinere intactum? ipsumque adeò scientiarum orbem invadere universum? Relinque, Domina, relinq; , quæso, sexui nostro aliquid, & noli ingenio tuo, quanquam capacissimo, imperare nimium. Ἐπὶ πᾶσιν μέτρον ἄριστον. Vtique litterarum quoque, sicut aliarum rerum omnium, quædam intemperantia est. Cum tamen ad bonam mentem, cui tu præ cæteris rebus studes omnibus, paucis opus habeamus litteris, & ex sapientiæ modum tenuisse, summæ sit sapientiæ: Sufflaminanda es, non inflammanda. Vide libertatem meam, vide sollicitudi-

citudinem. Et hanc & illam velim habeas tanquam optimi candidissimique pectoris indices genuinos. Cogita non solos te præcones laudum tuarum admittere debere, verum honesta etiam & salutaria monentes amicos. Haga à te præfertur Lugduno, & nostram insalutatam præteris urbem, in qua tamen non minoris te fieri scio quàm alibi. Hoc me urit nonnunquam. Indulge aliquando tui præsentiam nobis, & meam Catharinam, exemplum illud pudicitiæ modestiæque matronalis singulare, quæ mihi non libros, sed liberos hactenus quinque peperit suavissimos, coram cognoscere ne tibi sit grave. Mea tibi domus semper erit exposita, nec gratiorem hospitem ea exceperit unquam. Vale ac salve, nobilis doctaque Virgo, à me meaque ex animo, & novum hunc, qui præ foribus est, annum felici auspicio ingredere. Certè is qui jam expirat, non Reip. modò, verum & Acad. nostræ verè fatalis atque funestus fuit. Salveat à me præstantissimus quoque Frater tuus. Lugd. Bat. Anno CIↃ IↃ CXXXVIII.

pridie

pridie Natalis τῦ Θεανθρώπυ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ.

Viro Clarißimo

D. ADOLFO VORSTIO

S. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

ITA est ut scribis, Vir Doctissime, satis diu nostra in scribendo cura studiumque cessavit. Nec tamen in eam opinionem adduxi amicitiæ tuæ fidem, ut illius integritati (quam nimis περιέργως prę munire studes) quicquam decessisse arbitrer: quippe, cum & ego in eadem culpa sim, judicium facile ex animo meo de tuo facere possum. Lubens vidi orationem tuam, qua viro incomparabili parentare voluisti; nec vidi tantum, sed & magnopere probavi: tum verò maxime quod nectare pietatis Christianæ Lectorem nusquam non perfundat; nec tamen ideò, vel minimum, à Romanæ

manæ eloquentiæ puritate recedat. Alios paſſim videas, dum in ſimili verſantur argumento, nulla re magis applauſum coronæ affectare, quam ſi Gentilium querelis, votis, precibuſque (quia ſcilicet hæc apicem omnis leporis atque elegantiæ conſtituunt) auditorum aures obtundant. Omnes (ni fallor) fatebuntur ſe Ethnicorum ſacra deteſtari: & nihilominus non vident hiſtrionicum eſſe potius, quam genuinum ornatum, qui perſonæ, cui adaptatur, minime convenit. Ad noſtra ſtudia quod attinet, non adſpirant ad tam ſublime eruditionis faſtigium, ut veſtri ſexus invidiolam promeruiſſe videri queant. Ut rapidum flumen trajecturi, etiamſi altiorem curſum primo teneant, longe tamen infra ſcopum, quem ſibi ante propoſuerant, appellunt: ita in hoc ſapientiæ ſtadio ad πέλαγος πέλαγος contendere quidem licet omnibus, pervenire autem contingit pauciſſimis, quos, ſcilicet, ut Poëtæ verbis utar,

—— *æquus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

—— æquus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad æthera
virtus.

Omitto nunc quod nos inprimis, si vestræ sortis εὐδαιμονίαν hac in parte respiciamus, & ingenii viribus, & subsidiorum adminiculis, ut plurimum, destituimur. Hospitium, quod nobis tam humaniter offers, non recuso: atque adeo me Athenas vestras, quas hactenus saltem, ὡς ἐν παρόδῳ, lustravimus, aliquando invisuram, per Dei gratiam, confido. Vale vir eximie una cum uxore tua liberisque lectissimis, & à nobis omnibus quamplurimum salvete. Ultrajecti. pridie Kalend. Mart. Anno salutis cIↃ IↃ c xxxix.

POE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

POEMATA

ANNÆ MARIÆ A SCHURMAN.

Amplißimo Doctißimoque Viro,

D. JACOBO CATZIO.

VT cygnum reſides perhibent intendere voces,
Cum Zephyri albentes attigit aura ſinus;
Vtque avis innumeros modulatur gutture cantus,
Mirans læta novum ſolis in orbe jubar;
Sic tua torpentem laxavit Epiſtola venam
Pectus ubi afflavit ſuada diſerta meum.
Aſt minus hinc juſtas ſubeunt mea carmina leges,
Dum ſponte in numeros non remoranda ruunt.
Jam feror Icariis ignota per æthera pennis,
Fidere non tutis viribus auſa meis,
Mox pavidi devexa ſubit Phaëthontis imago
Tentans præcipiti carminis ire via.
At meritus virtute tuos mea tangat honores
Pagina, ſit laudis pars quotacunque tuæ.

Quis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Quis, licet ingentis ſuccumbam pondere molis
Obruta, non votis annuat ergo meis?
Hic mecum reliquas ſiſtens Hollandia curas,
Geſtiet applauſus ingeminaſſe tibi;
Qualiter exceptus communi Tullius ore
Cum ſtreperet toto mota corona foro.
Quid ni? hoc ingenium, mores, facundia ſuadent,
Et fortuna notas reddit ubique pares.
Hic igitur patrio, vel ſolum gratulor orbi,
Dum ſibi vult plus quàm conſuluiſſe tibi;
Nam ſi tanta premant divinos Munera cantus,
Quid, damna ut reparet, culmen honoris habet?
Si tot delicias perimant ſanctoſque furores,
Pectora quo vatum fonte ſcatere ſolent:
Nonne hic vel gemino tibi Munere gratuler auctо,
Quod vis ingenii par ſit utrique tui.
O donata tuis felicibus otia amicis
Quæ Patriæ curis, nec ſine laude, vacant.
Hinc mecum Batavæ veneratur numina Muſæ
Virgineus, ſtudiis æquior ille chorus:
Hinc, cui nota venus, vel amœni gratia dicti
Catziadæ tantum fas putat ore loqui,
Huc progreſſa velut modulis exterrita rautis
Muſa, fatigatos linquit in ore ſonos,
Vixque repercuſſis ſuperat vox ultima chordis;
O Patriæ & Muſis, Vir Venerande, Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

AD D. BARLÆUM.

QUas ego pro tanto perſolvam Munere grates?
Anne tuis referam carmina carminibus?
Aſt mea fama jubet, falſæ ſi parcere fas eſt,
Scribere Barlæo nil, niſi ſcribo nihil.

Neque ſilens neque reſpondens

A. M. S.

Clariſſimo Viro,

D. ANDREÆ RIVETO

S.

TAnta tuæ, Rivete, viget vox inclyta famæ,
Vt ſolam invidiam velle ſilere putem.
Si memorare tuas laudes vel convenit hoſti,
Conciliet tantum te mihi purus amor.
Ecce igitur properam quam parvula charta ſalutem
Dicit, Amicitiæ candida ſigna meæ.

Cui nihil tuis Virtutibus amabilius.

ANNÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ANNÆ MARIÆ A SCHURMANS UNIONI.

Ut minus lateat.

QVo te, Nympha, cui tam cuſtodita, quouſque
Subtrahis, & muta laude ſepulta lates?
Cælatæ virtutis onus ſit inertia, ſit nox,
Fit gravis æternæ mortis imago quies.
Prodi parca Venus, partuque Batava marino
De tot virtutum naſcere, diva, mari.
Sol in virgine plus ſatis eſt; in Sole rogamus
Virgo ſit, accendas orta, fugeſque diem.

AD OCCULTUM APOLLINIS cujuſdam ad lucem me provocantis Oraculum Reſponſio.

MAgnum Muſa virum ſonat; utque ego ſim quoque vates,
Ingenium *Conſtans* da mihi Phœbe tuum.
Aſt quo jure meum poſcit clareſcere nomen,
Cum pro me cauſam, qui latet, Autor agat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

EPIGRAMMA

IN

Nobilissimi præstantissimique Viri,

D. CONSTANTINI HUGENII

Opus-Diurnum.

Quod in gratiam lectissimæ suæ quondam conjugis

Dnæ SUSANNÆ à BAERLE

conscripsit.

QUæris an hæc clarã mereantur carmina lucem:
Quis neget? Hanc poscit Nobilis UMBRA sibi.
Nec, si forte velis, potes occultare diurnum,
Cum natura tibi Phœbe, repugnet, Opus.

AD

Illustrem Virum,

ZULICHEMII Dnum.

CUr me mortalem poscunt tua carmina testem,
Quæ testes Clarias promeruêre Deas?
Sed tua jure meas poscunt sibi munera grates,
Quas tibi cum nequeam reddere, nomen habe.

A. M. à SCHVRMAN.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

AD

EPIGRAMMA

Viri הַשֵּׁם

CONSTANTINI HUGENII
ZULICHEMI TOPARCHÆ,

quod sic habet.

NOmen habe, Schurmanna canit. Lepidissima Virgo!
Nomen habes nequiit dicere, dixit habe.
O si ridenti potis esset dicere verum,
Si, quod habet, dando nomen habere daret!

RESPONSIO
ANNÆ MARIÆ
A SCHURMANS.

Hugenio cum non sit, nomine, clarior alter,
Quis melius, dando nomen habere, daret?

ALIVD.

Anne bonum credat, nequeam cum solvere, nomẽ?
Quis dare, quæso, bonum, quo caret ipse, potest?

ALIVD.

Quare tuum, CONSTANS, nostro vis cedere nomẽ?
Sic mihi, mutato nomine, nomen eris?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

AD SERENISSIMAM

ANGLIÆ REGINAM

è puerperio nuper egressam

A° cIↃ IↃ c xxxv. tempore hyberno.

ECHO.

Alludens ad insignia REGNI BRITANNI tribus rosis figurata.

QVæ tibi nunc gelido miracula nata Decembri.
Quippe moras steriles Flora perosa? Rosa.
Sortem vicisti communem: Anglisque perennis
Arridet veris spes generosa. Rosa.
Sic genitrix sis sæpè Deûm. Sors statque caditque
Dum paris, aut cessas Diva operosa. Rosa.

INCLYTÆ & ANTIQUÆ URBI

TRAJECTINÆ

Novâ Academiâ nuperrimè donatæ gratulatur

ANNA MARIA A SCHURMAN.

TV quæ lege potens agris dominaris, & altis
Mœnibus, & moles tollis ad astra tuas.

Cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Cui prior est cura ingeniis claresçere, & armis
Palladis ignavam pellere Barbariem.
Nil te cornigeri moveant dispendia Rheni,
Quodque ingrata Lares liquerit unda tuos.
Nil moveant suspensa avidæ commercia turbæ,
Quæque dabat volucres sors vaga divitias.
En subeunt refugo potiores flumine lymphæ,
Vt tua perpetuis fontibus arva rigent.
Omnia læta vides nitido splendescere vultu,
Et jam deliciis sistere vota suis:
Quippe novos facilis referat tibi Pegasus amnes,
Blandaque Castalias Musa ministrat aquas.
Hinc bibet indigena, & sitientes Nectara Belgæ,
Hinc bibet & geminus quâ patet usque Polus.
Hinc quoque Mystarum facunda per ora Minervæ
TRAIICIES *placidas (munera mentis) opes.*
Ast quæ (forte rogas) agitant tua pectora curæ?
Non hæc Virgineis pervia Sacra choris.
Omnibus hic seritur, metiturque, ut amica quieti
Alma Themis discors arceat Orbe Chaos;
Vtque pio irradiet divina Scientia cultu,
Et caleat summo quælibet Ara Deo.
Hic scopus, hic sisto; satis inter publica Mundi
Gaudia lætitiæ signa dedisse suæ.
Salve ô spes Populi, Generis melioris origo,
Cui Sol Iustitiæ Lumina prima dedit:
Salve iterum attonitis Lux orta novissima seclis;
Ne Sol Justitiæ vergat ad ima tibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Magni ac generoſi animi

HEROINÆ GORNACENSI,

Cauſam ſexus noſtri fortiter defendenti gratulatur

ANNA MARIA A SCHURMAN.

PAlladis arma geris, bellis animoſa virago;
Utque geras lauros, Palladis arma geris.
Sic decet innocui cauſam te dicere ſexus,
Et propria in ſontes vertere tela viros.
I præ Gornacenſe decus, tua ſigna ſequemur:
Quippe tibi potior, robore, cauſa præit.

IN SYMBOLUM SUUM,

Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωϑ.

QVis non ſollicito Chriſtum veneretur amore?
Quẽ ſimul Echo omnis conſcia clamat. Amat.
Hic nos ſolus amat qui ſanguine paſcit amantes;
Tartaraque edomuit qui moriens. Oriens.
Hunc igitur ſapiens caſtâ pete mente puella,
Nitereque hoc ſponſo, nec tibi fide. Fide.

A. M. à SCHVRMAN.

A MA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A. MARIÆ SCHURMAN AD ΗΧΟΥΣ DOUSICAS Provocatio.

Num à Nobilissimo Viro D. DOUSA *provocata, in lucem prodire debeat, nec ne?*

O Vos Dousarum resonantes Carmina Nymphæ,
Ne, quid me deceat, dissimulate; Late.

Clarissimo Ornatissimoque Viro,
D. G. STAACKMANNO.

SI veneranda docet frontem obvelare vetustas,
Et fugere ignotum virginis ora forum:
Cur alia est animi natura bonis, hominum quæ
Arbitrium fugiunt, sufficiuntque sibi?

A. M. à SCHVRMAN.

APOLOGIA ANNÆ MARIÆ A SCHURMANS,

Contra erroneos quosdam rumores, quibus propter nominis SCHVRMANNI homonymiam, Astræam d'Urfe è Gallico in Belgicum sermonem vertisse creditur.

CVr mea lascivis prætexi nomina chartis
Fama est? Cur meruit fama sinistra fidem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

An dubiæ tantum poterit fallacia vocis,
Credar ut ingenium deseruisse meum?
Haud eadem curant omnes. Et myrtea serta
Quæ nunquam merui, tale meretur opus.
Non dominæ invideo, grati ferat ipsa laboris
Præmia: diversæ nos tenet artis amor.
Id monuisse juvat; ne me misisse Camœnas
Lætitet invictas sub sua sceptra Venus.
Nec violasse tuas leges Astræa putabor:
Quippe suum tribui cuilibet ipsa jubes.

EPIGRAMMA
IN
HISTORIAM GELRICAM
Clarissimi Viri
JOH. ISAACI PONTANI.

PAlladias artes quondam coluêre Sicambri,
Et sors clara togâ, claraque Marte fuit,
Sed jam Lethæis ingrato tempore lymphis
Mersa fere antiquæ gloria gentis erat.
Hanc pius immemori revocat Pontanus ab orco,
Et reddit patrio lumina tanta solo.
Hic sacra consilia, & magnorum effata virorum,
Gestaque Francorum nomine digna refert:
Quæque olim magnis animis dedit æqua vetustas
Præmia mirari secula nostra facit.
Sic simul æternos virtuti jure triumphos
Vindicat, & populo prisca trophæa suo.

Anno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Annon qui toto parat hæc ſpectacula mundo,
Dignus ut applauſus hinc prior ipſe ferat?

A. M. à SCHVRMAN.

MEMORIÆ

Celeberrimi Hiſtorici & Iuriſconſulti

ARNOLDI BUCHELII

Eruditiſſimas NOTAS

IN

HISTORIAM ULTRAJECTINAM

Una cum vita finientis.

GRatia dum doctæ fuerit mihi grata Minervæ,
Et tua, Bucheli, gratia dulcis erit.
Nam quæ mors homines inter commercia tollit,
Vivere te memori pectore nulla vetat.
Vt fueras quondam priſcæ virtutis imago:
Sic mihi jam virtus ſemper imago tui eſt.
Non ego tam celebris laudes meditabor amici.
En claret propriis, quas dedit ipſe, Notis.
Qui vitam patriæ & perituris addidit annis,
Is meruit nunquam, poſt ſua fata, mori.

A. M. à SCHVRMAN.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

In Reverendi, Nobilis Doctissimique Viri,

D. ANDREÆ RIVETI

S. S. Theologiæ Doctoris

VINDICIAS

MARIÆ matris Domini.

OMnia sacrilegus tandem pervaserat error,
Et jam Roma potens terram miscebat Olympo:
Nec quænam facies venerandæ Virginis esset
Dignosci poterat: vultusque erat unus utrique
Et Matri & Soboli, similisque per omnia cultus.
Viderat hæc ardens animis Rivetus, & una
Detrahit has larvas, propriisque coloribus ornat
Virgineam frontem, primo de fonte petitis.
Quin male confictis subvertit numinis aras,
Et meritos (quales genuina modestia suadet,)
Restituit mundo magnæ genitricis honores.
Hic, si forte placet nitidis depicta tabellis
Simplicitas, autor toto celebrabitur orbe.

A. M. à SCHVRMAN.

Nobi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Nobilissimo Doctissimoque Heroum

D. CLAUDIO SALMASIO

felicem è Galliis reditum gratulatur

ANNA MARIA A SCHURMAN.

HOspes ave Batavis jam tandem reddite terris:
Quin orbis resonet: Battavus Hospes ave.
Quem Regum illecebræ, quem tot promissa Potentum
Reddere vel patrio non potuêre solo.
Hinc tibi, Salmasi, quos non referemus honores?
Qui nos prætuleris gratis honore Tuis.
Nunc quoque te fama est, pro nostris fortiter aris,
Moliri summum Relligionis opus.
Pessimus interpres veteris Baronius ævi
Protinus ultrices sensit adesse minas.
Et licet ingentes imitetur mole gigantes,
Crede mihi, calamo mox cadet ille tuo.
Quid ni? cum septem geminæ præcordia Lernæ
Vix animam, ante tuo fulmine tacta, trahant.
Hoc tibi certamen merito decernit Olympus,
Ut paret Alcidi digna trophæa suo.
Quod si vota mei non dedignabere sexus.
Is quoque grata tibi præmia sponte feret.
Blanda puellarum comitabitur aura triumphos;
Virgineusque canet carmina læta chorus.
Hæc agitanda viris potius si cura videtur,
Est tamen à nostro non aliena foro.
Proque Lupa Cæsar, cum tu pro virgine certes,
Cur non virgo tibi laurea serta daret?

Vltrajecti III. Non. Ian. CIↃ IↃC XLIV.

Reve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Reverendo, Clarissimo, Doctissimoque Viro,

D. FRIDERICO SPANHEMIO

S. P. D.

ANNA MARIA A SCHURMAN.

QVid me, Spanhemi, revocas Heliconis ad amnes,
Neglectamque jubes sollicitare chelyn?
Non mea, crede mihi, sublimi carmina cedro,
Nec sunt aspectus lumine digna tui.
Attamen invitæ minus est litare Minervæ,
Quàm quæ dona cupis parva negare tibi.
Te duce sponte sequar; tua nam vestigia cœli
Monstrabunt, veluti lactea signa, viam.
Sæpe olim veteres ego sum mirata Pelasgos,
Queîs data Musarum gloria prima fuit.
Pulchrius Hesiodo, vel magno majus Homero,
Iudice me, nullum viderat orbis opus.
Iam mera credebam divina oracula voces,
Quas celebrat septem Græcia docta virûm.
Jam mihi præclaro radians Academia vultu,
Vertice stelligerum tangere visa polum.
Attica quid memorem, quid nomina magna Lycei?
Illa salutiferi sideris instar erant.
Quin Stoa invictæ cultrix quondã inclyta mentis,
Flexerat in cultum pectora nostra suum.
Hac ego tum cura & studio jactabar inani,
In medio quærens litora tuta mari.

Ast

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Aſt ubi dignata eſt divini gratia verbi
Clarius in noſtra ſpargere mente jubar:
Protinus ut ſtellæ pereunt Titanis ad ortum,
Palladis obſcuræ ſic perière faces.
Scilicet auguſtos humana ſcientia faſces
Non potuit tantæ non ſubiiſſe Deæ.
Tum mea nectareo humectans præcordia ſucco,
Cœleſtis viſa eſt ſic mihi Suada loqui:
Quid facis, ô demens Virgo, quid quæris inani
Gutture Tantaleas non ſaturanda dapes?
Crede mihi inſipidas, quas tellus parturit, undas
Non animi ardentem poſſe levare ſitim.
Quippe ſui ſimilis non eſt mortale quod optat
Spiritus, hoc unum pagina ſacra dabit.
Hæc docet immenſum complecti mente Tonantem,
Machina quem mundi non tamen ipſa capit.
Hîc veram invenies requiem, variaſque potentis
Fortunæ poteris ſpernere tuta vices.
Talia nec Samii docuêre ſilentia Myſtæ,
Nec placido Actæus prodidit ore Senex:
Non hæc legiferi memorant effata Lycurgi,
Nec ſapit hæc ſapiens veridicuſque Solon:
Deficit hic acies divina Platonis; hebeſcit
Magnum naturæ lumen Ariſtoteles.
Quin bona mortalis perituraque munera vitæ
Hi potius ſummo ſubſtituêre bono.
Et quoniam (ut perhibent) mors ultima linea rerũ,
Mors meritò hic ſummum creditur eſſe malum.
O vitam miſeram! brevior quam terminus ævi
Claudit, & æterno nox premit atra jugo:

Aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Aut potius fauſtam! celeri devolvere fuſo
Stamina cui Lacheſis non remoranda ſinit.
Aſpice magnanimos Brutos, rigidoſque Catones,
Vt proprias armant in ſua fata manus.
Quis furor eſt voluiſſe viros, forteſque videri,
Nec vitæ ingratas ſuſtinuiſſe moras?
Quis furor hanc lucem toties dixiſſe beatam,
Vivere ſi pœna eſt, ſi qua perire ſalus?
Deſine mirari ſpeciem virtutis honeſtam,
Quæ genium vitii ſplendidioris habet.
Quod ſi Cecropiæ poſſent à funere chartæ
Aurea diſcipulis ſecla referre ſuis:
Et ſi lecta ſuo non illuſiſſet amico
Pagina, præcipiti quem dedit ipſa neci:
Quid præter formas rerum exhibuiſſet inanes,
Quas rata felices reddere poſſe rogos?
Scilicet hoc primæ latuit clementia cauſæ,
Vivere qua ſine mors, qua duce vita mori.
Sint porro Elyſiis ſolatia dulcia campis,
Miſceat & Phrygius pocula læta puer;
Sitque ingens Heroum animis poſt fata voluptas,
Sidera & æthereas pervolitare domos:
Et quacunque levem ludat ſub imagine turbam,
Fac dare, quæ fingit, Muſa prophana queat:
Quid niſi corporei meditetur gaudia ſenſus,
Gaudia vel blandus qualia ſomnus habet?
Mitto quod effrænes colat, ut ſua Numina, mores,
Sacrilegâ turpes dum facit arte Deos.
At quæ delapſa eſt alto Sapientia cœlo,
Altius humanis mentibus una ſapit.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Hæc licet ingentes animos exuſcitet; atqui
Plura tamen votis conferet illa tuis.
Nec jubet æternam tantum ſperare ſalutem;
Sed potis ante atram quemque beare diem.
Singula quid referam, quid tentem vocibus aures?
Talia ſentiri non niſi mente ſolent.
Tunc ego, des veniam teneris placabilis annis,
Diva precor, par eſt me tua juſſa ſequi.
Ne te feſtines oculis ſubducere noſtris,
Neve tuum prima fronte referre gradum.
Illa tamen contra, mea ſors & origo morari
Longius hac, inquit, me regione vetant.
Sunt mihi non pauci raræ pietatis Alumni,
Queis dedimus noſtri pandere jura fori.
Quod ſi ſacra cupis tanti cognoſcere regni,
Et quæ Lethæi non rapit unda lacus;
Quæque locis non ſit fruſtra didiciſſe beatis
Hos juvet in dubiis conſuluiſſe viros.
Dixerat, & ſtimulos acres in corde reliquit,
Incenditque ſacro pectus amore ſui.
Hinc, ſibi præcipuos quos deſignarat amicos,
Non potui ſummâ non coluiſſe fide.
Hos inter, ſtellas velut inter Luna minores,
Eminet & Nomen ſic, FREDERICE, tuum.
Te præeunte canam majora, & forte cothurno
Non indigna gravi, te præeunte, canam.
Æmula ceu pulſis reſonat convallibus Echo:
Sic referam dociles ad tua verba modos.
Gorgonei valeant fontes, doctæque Sorores,
Tu mihi Parnaſſus, tu mihi Phœbus eris.

Vltrajecti XI. Kal. Febr. CIↃ IↃ C XLIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

IN OBITUM

Nobilißimi & Venerandi Theologi

JOHANNIS POLYANDRI A KERCKHOVEN.

FOrtunate Senex, quondam dum vita manebat
Quæ ſors non votis riſit amica tuis?
Quis plures meritis dignos jactabit honores,
Contulit in Myſtas quos toga ſacra ſuos?
Quis natos vidit magni felicius aulam
Principis officiis conciliaſſe ſibi?
Attamen his unum deerat, quod longa ſenectus,
Et gravis in terris cura negare ſolet:
Scilicet hic quærens ſibi ſemper in orbe quietem,
Poſſet ut à placida morte quiete frui.
Dixeris hinc etiam merito poſt fata beatum,
Omnia quæ petiit ſi *Polyander* habet.
Ut quondam felix memorabile nomen Achillis,
Ejus Mæonide facta canente, fuit:
Sic te felicem, memori *Spanhemius* ævo
Dum cineres docto conſecrat ore tuos.

A. M. à SCHVRMAN.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

EPICEDIUM IN OBITUM

Doctrinâ & pietate Clarissimi viri

D. MEINARDI SCHOTANI.

QVis Schotane sibi te non suspiret ademptum,
Nec tua cygnæâ funera voce fleat?
Qui tot divinis radiabas undique donis,
Queis potius nobis, quam tibi natus eras.
Quique novam ut posses mortalibus addere vitam,
Non piguit mortem te properare tuam.
Non sitis argenti, aut aliena negotia mundi,
Nec mora magnificæ desidiosa dapis:
Sed tua cœlestis qui viscera torruit ardor,
Is vetuit longos te numerare dies.
Ast licet æthereus penitus te carpserit ignis:
Hoc tamen, ut Phœnix, nasceris ipse rogo.
Dum vivet pietas, facilique modestia vultu,
Et nivea gaudens simplicitate fides;
Dum fera flexanimis demulcens pectora virtus,
Nomine nascetur gloria digna tuo.
Non tua sors lachrymas, sed nostra requirit, amaras:
Nam tua mors nobis, non tibi pœna fuit.
Quis tanti referat capitis dispendia? velo
Ista tegi satius, more Timantis, erit.
At memorare tuos generosa in morte triumphos
Me juvat, & celsi munera læta poli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Illic dulce tibi veterum meminiſſe laborum:
Si tamen hæc nullus ſit meminiſſe labor.
Felix qui noſtrum potuiſti ſpernere mundum:
Quicquid felices reddit Olympus habet.
Omnia quæ votis poſcebas gaudia quondam,
Iam datur in ſolo cernere mente Deo.
En tua quo præeunt veſtigia ſponte ſequemur.
Hæc tibi nos tantum ſolvere juſta cupis.

A. M. à SCHVRMAN.

LETTRES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

LETTRES FRANÇOISES DE MADAMOISELLE DE SCHURMAN.

A MONSIEUR MONSIEUR DV MOULIN

Docteur en la S. Theologie &c. Miniſtre de la Parole de DIEV.

MONSIEVR,

L'honneur que vous croyez eſtre fait à Madamoiſelle voſtre fille par noſtre chere & eſtroite alliance m'a eſté bien plus avantageux & profitable qu'à elle. Car de fait quel luſtre ou quel fruict pourroit-on tirer de la communion de tous mes biens, ou

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

de l'entremiſe de mon devoir, qui puiſſe contrepeſer la moindre de vos faveurs qu'elle m'a produite. De ſorte que pour un ſuject de ſi peu de valeur il vous a pleu m'honorer de vos Lettres, & de m'en remercier avec tant de reſſentiment & de bien veuillance. Et de ſurplus il ſemble qu'en une action ſi libre & ſi gratuite vous ayez voulu prendre de la conſideration ſur le recit de mes loüanges: par le moyen deſquelles il a pleu à ma chere ſœur & à d'autres de mes bons amys, m'acquerir vos inclinations, & balancer l'inegalité de la partie. Or quand à moy, j'eſleveray pluſtoſt mes yeux à Dieu qui eſt le vray diſpenſateur & ſouſtien des amitiez fideles, que de m'arreſter aux faveurs de la renommée: de peur que la verité meſme puiſſe eſbranler ce fondement, & m'interrompre vos bonnes graces. Mais au contraire le tableau, par lequel j'ay l'honneur de vous cognoiſtre, n'eſt pas ſucceptible d'erreur, ny de deguiſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

guiſement; à ſçavoir la vive image de voſtre pure & divine Eloquence: à la loüange de laquelle tant y a que j'oſe toucher, bien que je croye n'avoir point d'eſprit aſſez pour l'admirer en ce rang de perfectiõ, ou tout le Monde l'a placée. Neantmoins il me faut advoüer, qu'eſtant eſmeuë par l'object de vos eminentes Vertus, ſans avoir égard à ma rudeſſe & incapacité, j'ay touſiours eu ceſte ambition de me propoſer voſtre exemple. Et de fait, ſi je puis porter de l'envie à Madamoiſelle voſtre fille, c'eſt qu'en ce point, elle a ſur moy ceſt avantage, qu'en une pourſuitte ſi releuée la proximité du ſang & l'ordre de la Nature la favorizent. En fin vous pouvez vous aſſeurer, que le double lien de l'amour que je luy porte, ne courra jamais danger d'eſtre rompu: puis que je ne l'ayme pas ſeulement pour l'amour d'elle, mais auſſi pour l'amour d'un tel Pere. Et je vous ſupplie de croire, que je n'ay rien de plus cher au monde que la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

conſervation de voſtre Amitié : laquelle je tiens à plus grand honneur que toutes les faveurs de ce Monde ne me ſçauroyent promettre. En fin je prieray noſtre Dieu, qu'il luy plaiſe de ſe ſervir encor long temps de voſtre bonne diſpoſition au bien de ſon Egliſe, & au contentement & felicité de vos Amis, & principalement de celle qui eſt & demeurera

MONSIEVR,

Voſtre Tres-humble, &c.

A. M. de SCHVRMAN.

d'Vtrecht le 20. de Mars 1635.

A MA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A MADAME LA PRINCESSE DE BOHEME.

MADAME,

Je ne puis exprimer l'excez de joye & de contentement que j'ay reçeu en liſant la lettre que Voſtre Alteſſe m'a fait la grace de m'eſcrire: Car outre l'invention, les pointes, & les periodes, qui pourroyent remplir l'oreille des plus ſçavans, ce m'a eſté un plaiſir merveilleux d'y conſiderer les amuſemens de voſtre genereux eſprit. Pour moy, je deſire extremement de me pouvoir rendre capable de tout ce qui agrée à Voſtre Alteſſe; & bien que je ne ſçaurois eſperer modeſtement de ſatisfaire pleinement à ſes commandemens, au moins je taſcheray de monſtrer la devotion & l'amour que je porte à ſon ſervice. Quant à ces auteurs qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nous ont dechiffré plus particuliere-
ment le genie & les characteres des
grands perſonnages, on tient par un
commun conſentement que Xeno-
phon a fort bien deſcrit la vie de Cy-
rus, premier Monarque des Perſes;
encore qu'il ſemble que quelque-
fois il ait donné plus à l'elegance &
à la beauté de ſon ouvrage, qu'à la
verité de ſon ſujet. Alexandre qui
commença depuis la Monarchie des
Grecs, eſt parfaitement bien de-
peint par Q. Curtius: mais il entre-
laſſe communement dans ſon diſ-
cours du feu, du fer, & des victoires
ſanglantes. Pour s'eſtudier à la brie-
veté, je ne trouve rien de ſi commo-
de que Plutarque, qui nous propoſe
comme dans un parfait tableau les
hommes illuſtres: y faiſant une gra-
ve & tres-belle comparaiſon entre
les Grecs, & les Romains. Sueto-
nius nous a repreſenté au vif les 12.
Empereurs Romains, dont la vie (je
parle de la plus grande partie) eſt
ſi prodigieuſe, que noſtre eſprit n'y
peut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

peut faire aucune reflexion, que ſur le party des vertus contraires. Il ne faut oublier, que Tacite s'amuſe pareillement à nous deſcrire quelques uns des premiers; & pour ſe rendre ceſt auteur plus familier, on ſe peut ſervir du diſcours de Scipion Admiratus, qu'il a fait ſur ſon Hiſtoire en Italien. Si nous voudrions paſſer à l'utilité, qui nous en reſulte & l'eplucher par le menu, nous trouverions qu'elle eſt quaſi infinie, & notamment en ce que les exemples frappent plus vivement les ſens & l'imagination, que les preceptes de la Philoſophie. De ſurplus la cognoiſſance des choſes paſſées, qui s'acquiert par ce moyen, eſt ſans intereſt, & ſans danger d'aucune perte, qui eſt preſque inevitable à ceux, qui ſe laiſſent conduire par la ſeule experience. Nous y pouvons voir, comme dans un clair miroir, tous les ſiecles paſſez, & faire conjecture fort probablement de ceux qui ſont à venir; & par conſequent nous parvien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

viendrons à ceſte perfection de n'admirer rien comme nouveau ſur la terre, & dirons avec le plus ſage des Rois: *Ce qui a eſté, c'eſt ce qui ſera; & ce qui a eſté fait, c'eſt ce qui ſe fera, & n'y a rien de nouveau ſous le ſoleil.* Il eſt bien vray qu'il y a de la difficulté à deſcendre à une application particuliere; principalement d'autant que l'antiquité a communement plus de rigueur & d'auſterité: mais l'eſſence des choſes demeure touſiours; non obſtant que quelques formalitéz & circonſtances ayent accouſtumé de changer ſouvent. Nous y pouvons facilement apporter la moderation requiſe, ſi nous cognoiſſons de plus pres le genie & l'humeur de leur ſiecle, & du noſtre. J. Lipſius a tracé de plus pres ceſte methode dans ſon livre intitulé les Admonitions & exemples politiques, monſtrant aux perſonnes publiques & aux particulieres, quel uſage on peut tirer des exemples antiques & modernes. Et de fait il me ſemble que ceux-cy ne cedent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

cedent en rien à ceux-là, ſi nous ne regardons pas tant à la force & l'eloquence des Hiſtoriens, qu'à la matiere. I'oſerois oppoſer une ſeule Eliſabeth en ſa vie Reyne d'Angleterre, & une Jeanne Graye à toutes les illuſtres femmes de la Grece & de la Rome ancienne. On trouve des choſes admirables en quelques ſiecles par de ça ; à ſçavoir devant & apres ce changement fatal de la reformation du Chriſtianiſme : & la grandeur du ſujet eſt fort naivement & fidelement exprimée par Guicciardin Italien, & depuis la troiſiéme periode par Sleidan, & par Auguſte de Thou. La Phyſique eſt un peu ſerieuſe, quand nous demeurons dans ſes nues ſpeculations : mais il y en a une partie (dont S. Auguſtin a eſcrit dans ſon 21 livre chap. 4. de la Cité de Dieu, Cardan, Wecker, & pluſieurs autres) qu'on appelle Magie naturelle, qui eſt plus plaiſante, puis qu'elle eſt conjointe avec la practique des œuvres admirables à l'œil, & neant-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

neantmoins elle ſe contient parmy les bornes d'une loüable curioſité. Or l'Aſtrologie (je ne prens pas ce mot, comme on a accouſtumé anciennement, pour l'Aſtronomie, qui eſt une ſcience noble & tres-digne de noſtre contemplation) va plus avant, & degenere ordinairement en ſuperſtition, pource qu'elle attribue plus aux cauſes ſecondes que l'ordre & la proprieté de la nature ne leur ont permis. Car de dire que la volonté humaine, & les contingences dependent de la conſtitution du ciel, & de l'aſpect, ou conjonction des Planetes, c'eſt introduire au monde une neceſſité plus que Stoicienne. Les cauſes qui agiſſent librement & caſuellement, ne ſe laiſſent point determiner par des cauſes naturelles, c'eſt à dire, par l'influence des corps celeſtes: Mais à cauſe de leur excellence elles ſont immediatement ſubordinées à la premiere & ſouveraine. D'ailleurs c'eſt choſe non moins dangereuſe que vaine de vou-

vouloir predire les choſes futures contingentes, ce qui appartient proprement à la ſeule Divinité, comme nous voyons Eſaie chap. 46. ℣. 9. & 10. & n'eſt communicable aux creatures, ſi non par une revelation extraordinaire. Ie n'euſſe pas oſé amuſer Voſtre Alteſſe ſi long temps, ſi Madamoiſelle de N. N. ne m'euſt aſſeuré, qu'elle auroit ceſte importunité pour agreable. Quoy qu'il en ſoit, je deſire parfaitement de teſmoigner que je ſuis, & ſeray à jamais,

MADAME,

Voſtre tres-humble & tres-devote ſervante

A. M. à SCHVRMAN.

D'Vtrecht, ce 7. de Septembre l'An 1639.

A MA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A MADAME
MADAME COUTEL.

MADAME,

Vous verrez dans ce petit tableau, que je vous envoye en recognoiſſance de voſtre tres-precieux preſent, que mon amitié, (laquelle il vous a pleu rechercher d'une bonté purement gratuite) vous eſt entierement acquiſe. Car je ne ſçaurois trouver, à mon advis, un gage plus ſignale pour vous en aſſeurer, qu'en vous faiſant offre de moy meſme. Il eſt vray que ce n'eſt qu'en peinture: mais je ſçay tres-bien que voſtre eſprit ne s'amuſera pas tellement à conſiderer ce pourtrait, qu'il ne face pluſtoſt reflexion ſur l'original meſme, qui le vous preſente. Certes il me faut advoüer, qu'il n'y a rien qui m'incite tant à me remettre en la bonne grace de ces arts, & gentiles curioſitez, que le deſir de vous imiter; tant s'en faut que je veüille m'attribuer

tribuër ces loüanges hyperboliques, dont il vous a pleu m'honnorer par une courtoisie trop excessive. Or si vous estes trompée en vostre opinion en ce point, vous ne le serez pas au regard de la bonne affection, que j'ay de vous tesmoigner que je suis,

MADAME,

Vostre tres-humble & tres-fidele servante

A.M. DE SCHVRMAN.

D'Vtrecht ce 25. Decemb. 1639.

A MADAME

ANNE DE MERVEIL

Doüairiere de Prosting.

MADAME,

Je ne sçay si je dois avoir plus de compassion de vostre adversité, ou plus de joye de vostre victoire. Car la lettre, qu'il vous a plû me faire l'honneur de m'escrire, m'asseure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

auſſi bien de l'une, que de l'autre. Il eſt vray que vous avez eu à ſurmõter des difficultez tres-grandes, & que je vous ſouhaiterois une felicité plus pure & plus parfaite, ſi noſtre condition en pourroit eſtre ſuſceptible dans ce monde : mais d'autant que les maux de ceſte vie ſont la matiere des triomphes, qui nous attendent dans le ciel ; & que Dieu veut faire eſclatter l'excellence des dons, qu'il a mis dans l'eſprit des fideles, par des preuves & exercices proportionnez à leurs forces ; ce ſeroit mal prendre ſes meſures, que de mettre voſtre combat Chreſtien au rang des miſeres, ou des infortunes. Or vous me direz que j'ay des penſées trop abſtractes de vos ſenſibles ennuis, & que le plus ſage des Roys en a mieux cognu les efforts, quãd il dit, comme par exclamation, en ſes Proverbes : *L'eſprit abbatu qui le relevera ?* Ie vous concede, Madame, que je juge plus librement de vos afflictions, quand je les regarde cõme des choſes paſſées,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

qui ont biẽ eſté contraires, mais point ſuperieures à vos vertus; & qui les ont pû combattre, ſans toutes-fois les pouvoir vaincre. Autrement je ſçay fort bien que la contemplation, & la joüiſſance des privileges celeſtes, que nous obtenons par la foy Chreſtienne, ne ſont pas touſiours ſi vives & ſi conſtantes, qu'elle puiſſent detourner tous les coups de nos adverſitez, ou en oſter le ſentiment. L'experience meſme nous apprend bien le contraire. Lors que l'Eſpoux de nos ames ſe tient derriere la muraille, & qu'il luy plaiſt de retenir pour quelque temps l'influence de ſes graces & conſolations divines. Car à la verité, comme dit le Pſalmiſte Royal, *ſa gratuité eſt meilleure que la vie.* De la vient que la foy & la vertu des plus chers amis de Dieu, comme de David, Job, Jeremie & d'autres, ont eu quelque-fois des grandes eclypſes; & que la violence de leurs tentations leur a fait jetter des plaintes approchantes de peu pres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

de celles des gens deſeſperez ; leſquelles ont eſté marquées par l'Ecriture ſaincte à noſtre commune conſolation. De ſorte que ſouvent nos victoires ſont auſſi ſanglantes qu'elles ſont treſcertaines, & les couronnes du Paradis celeſte ne ſont données qu'à ceux qui auront combatu vaillament. Quant à ce que vous avez opinion que j'euſſe pû contribuer quelque choſe à la tranquillité de voſtre eſprit par ma preſence, cela me donne ſujet de me rejouir extremement, comme d'une preuve infallible de v^re. affection. Or de ma part, je ne vous puis pas celer que l'ardeur, & la force du deſir, que j'ay de vous revoir, & de vous pouvoir preſenter un jour mon treshumble ſervice, me fait eſperer, voire m'aſſeure par fois, que vous choiſirez icy dans noſtre Ville le lieu de voſtre reſidence, à ſçavoir apres vous eſtre deſveloppée des inquietudes de voſtre trop grand meſnage : Et ayant eu le bon heur de joüir quelque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

equidem veritatis οἴστρῳ βεβολημένος, πάσῃ σπουδῇ καὶ μηχανῇ ejus veſtigia mihi perſequenda duxi, ideoque non unius profeſſionis, nec unius gentis conſulere volui eruditos. Aſſurrexit mox artificum induſtria pulchre lapis hic terminalis, non volvendus amplius, ſi tu, Virginum eruditiſſima, marmoreum è Parnaſſo ei dignaberis imponere faſtigium. Qui vel

vel ex literis, quibus pro singulari tua comitate non semel me beasti, incomparabilis ingenii βαθύτητα, & admirandæ eruditionis πανοπλίαν potui perspicere, non ignoro quid in divinis, quibus fere solis jam tibi vacare est animus, è divinæ mentis adytis haurire & expromere queas. Vidisti terminum humanæ vitæ à quamplurimis distingui ratione Dei & nostri; hac mutabilem, illa fixum plane & immobilem. Sed tuam fidem, σεβασμιώτατον ἐμοὶ κάρα, nonne quocunque modo distinguatur, idem est terminus, cum sit terminus? Quid ei opis à mutabili, cui instat decretorius? Mihi profecto hic aqua hæret, &, quamvis multum & diu meditanti, λύσιν τὰς ἀπορίας non licuit. Tibi vero, divinæ & humanæ Sapientiæ antistita, ut facile est, ἐκ τῶν ἀπόρων πόρον διέξοδον, ita etiam atque etiam te rogo, hæc ad exactissimi judicii tui obrussam exigere, quę minus placent obelo transfodere, & pronuntiare τὴν ἀρέσκουσαν ne graveris: sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ἐξ ἄκρας μυελοῦ ψυχῆς, ut loquitur Euripides, non ὁδοῦ σοι παρόσης, τῶν ἄλλων ἀτεραπτὸς ingressa. Nec de me solum, sed & de omnibus, quicunque ullibi σοφίας ἀληθινῆς γνήσιοι ἐρασταὶ, bene mereberis, si obscuræ huic quæstioni de tuo fulgore lumen fœnerari patiaris. Mihi tantum munus, non dicam aureum censebitur, & χρυσοῦ ἄξιον αἰτερούσαις, sed ὑπὲρ πάντα τὰ τιμιώτατα τίμιον. Ἔῤῥωσο διγλωσσότη καὶ αἰδεσιμωτάτη παρθένων, ἀμφότερον τῆτε ψυχῆ καὶ τῷ σώματι ἐῤῥωμενέστατα. Dordrechti a. d. IX. Kal. Februar. anno ἀπὸ τοῦ λόγου ἐνσαρκώσεως cIↃ IↃ c XXXIX.

JEAN LE LABOUREUR

En son Histoire du voyage de la Reyne de Pologne, imprimée à Paris l'an 1648.

LE jour suivant vingt-sixiéme de Decembre, la Royne de Pologne fit une action digne de la Majesté des lettres. Ayant ouy parler de la doctrine de la celebre Anne Marie de Schurman, Damoiselle native de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

de cette Ville, & de la beauté de ſon Cabinet: elle voulut aller chez elle; mais ſans ceremonie, pour éviter la foule du peuple qui l'auroit ſuivie. C'eſt pourquoy elle laiſſa ſa Cour, & entra incognite dans le carroſſe de la Mareſchale, eſtant ſeulement ſuivie de Monſieur l'Eveſque d'Orange, & de quatre ou cinq perſonnes, dont je fus l'une. Elle vid en paſſant la grande Egliſe, & alla deſcendre au logis de cette dixiéme Muſe, l'une des merveilles de ſon ſiecle & de ſon ſexe. Elle ne vid pas ſans admiration les merveilleux ouvrages qu'elle a fait de ſes mains, tant de peinture, de miniature, & d'enlumineure, que de graveure, au burin, & au diamant, ſur le cuivre, & ſur le verre, qui luy doivent donner la reputation d'exceller dans les plus nobles Arts entre les mecaniques: toutesfois elle demeura plus eſtonnée de l'entendre parler tant de langues, & reſpondre de tant de ſciences. Elle reſpondit en

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Italien à Monſieur d'Orange, qui l'interrogeoit par ordre de la Royne: & elle argumenta tres-ſubtilement en Latin ſur quelques poincts de Theologie. Elle repartit auſſi fort élegamment en meſme langue, au compliment que je luy fis pour Madame la Mareſchalle. Elle parla Grec avec le ſieur Corrade premier Medecin de la Royne: Enfin elle nous euſt encor parlé d'autres langues ſi nous les euſſions ſçeuës; car outre la Grecque, la Latine, la Françoiſe, l'Italienne, l'Eſpagnole, l'Alemande, & le Flaman qui luy eſt naturel, elle a encor beaucoup de connoiſſance de l'Hebreu, Syriacque & Chaldaïque; & il ne luy manque qu'un peu d'habitude pour les parler. Elle ſçait de meſme la charte de tous ces pays; & elle ſe peut vanter d'y voyager ſans guide, auſſi bien que ſans Interprete. L'on parle avec meſmes éloges de la Princeſſe Palatine *Elizabeth* de Boheme: tout le Septentrion en fait ſa gloire; mais le bonheur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

heur de là voir manqua à celuy de noſtre voyage, parce qu'elle demeure à la Haye, où la Royne de Pologne ne paſſa point.

Amor meus crucifixus eſt.

In Symbolum Nobiliſſimæ, Ornatiſſ. Virginis,

D. ANNÆ MARIÆ à SCHURMAN,

Unicæ ſexus ſui gloriæ.

VIrgo hæc, ante alias, docto ardet Amoris amore,
Illius ſemel eſt quod crucifixus amor.

NVnc carnem & mundum crucifigenti dolor omnis,
Quem infligunt illi, lætitia atque honor eſt.

LEs ſaincts ſeuls doctes ſont : car leur parfaict ſçavoir
Deſire ſeulement *Chriſt*, & ſes biens avoir.
Le ſeul *crucifié* contient leur cognoiſſance
Et ſes merites ſont leur unique eſperance.

I. DE LAET FILIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Nobiliss. ANNÆ Belgicæ, incomparabili Virgini exhibitæ, hîc exhibentur, earundem Epigrammata Latina apud N. Grudium & I. Posthium legas.

ANNA { Susia, vestalis apud Nicol. Grudium. / Palanda, Vtenhovia } apud I. Posthium. / MARIA à SCHVRMAN.

Erasmus L. IX. Epistol. ad Annam Versalam Principem Veraniæ.

TRes Annas *Mundi memorat spatiosa vetustas,*
Tres, quas seclorum lustra tulere decem.
Arctaque nunc simili regiuncula laude superbit,
Tres Annas *nostro tempore Belga canit.*
Qui volet, ætates exactaque secula laudet,
Dant mihi, dant Annas *secula nostra suas.*
Tres Musis compone, licet, nec ut ante novena
Turba erit Aonidum, sed duodena chori.
Invida quas Annas opponet Iberia nostris?
Quas Latium, *aut similes Gallia docta dabit?*
Aut quæcunque usquam Regio sub Sole, decoris
Inclyta vel studiis, ingeniisve jacet?
Si tamen ulla pares numeret, quarta omnibus una
AEquiparanda, aliisque anteferenda venit.
Annæ *quæ geminat nomẽ,* Schurmanna *propago,*
Annarum *& sexus* Anna *perenne decus.*
Hæc erit Anna *mihi. Non lingua, mente, manuq;*
Inveniet nostra hæc Anna perenna *parem.*

I. SMITH, III. Idus Octobres
Anno cIↃ IↃ CXXXVII.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

In eandem Virginem, Adiſta:
Non linguâ, mente, manuque.

DÆdala acu, calamo, cælo, varioque colore,
Cerâ, adamante ſuum dextera pingit opus.
Pone ſimul verum & pictum, ſpectator utrumque
Verum, aut pictum unâ juret utrumque manu.
Ipſa ſtupet Natura, ſtupet Tritonia, & iſtis
Pulſandum digitis tradit Apollo chelyn.
Grajus, Hebræus, Arabs, Italus, Syrus, ipſe Latinus,
Atque alii patriæ picta elementa ſtupent.
Nec triviis Annæ ſatis eſt adſueſſe Camœnis,
Aut gentis linguas edidiciſſe ſuæ.
Iudæos, Arabeſque, Syros, Grajoſque, Britannos,
Cumque Italis Gallos, Auſonioſque legit.
Et legiſſe parum, ſua gaudet & audet ad illos
Scripta dare, & civis nomine digna legi.
Aurea ſeu claudit numeris, ſeu libera fundit
Verba, meros blando Suada dat ore favos.
Pulchrior in pulchro mens corpore, dædala quot-
quot
Artifices ſequitur mox ſuperaſſe docet.
Artes quid memorem Clarias, Sophiæque receſſus
Utraque Aonios Oenotrioſque ſenes?
Et ſuper hæc ſummi myſteria nota Tonantis,
Virtutumque choros, cordaque plena Deo?
Non poſſunt, licet ipſa manũ, linguamq; miniſtret,
Nec ſatis hæc pingi, nec ſatis illa cani.

I. SMITH. III. Cal. April. Anno
CIↃ IↃ C XXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Ad nobilißimam, & varia eruditione celeberrimam Virginem,

ANNAM MARIAM A SCHURMAN.

GRandia fœmineæ ſortis portenta ſuperbus
Defuncti ſecli concelebravit honos.
Sed quas cantatis, ſparſim natura puellis
Partitas variæ contulit artis opes:
Arduaque excelſæ mentis miracula in una
Dum collecta videt virgine, tota ſtupet.

ALIVD.

MAteries laudis titulos diducta per amplos,
Eloquii ornatu liberiore tumens,
Nonnunquam ingenio ſcriptoris plurima debet;
Atque affectatus ſpargitur arte ſtupor.
Sed SCHVRMANNA, tua quicquid de mente refulget,
Ingenii rara nobilitate potens,
Attoniti præconis opes perturbat, & inter
Iuſta tuæ laudis vatibus horror ineſt.

ALIVD.

QVæ toties laudem meritis ingentibus æquat
Eloquii virtus maſcula, muta ſilet,
Dum generoſa tibi tentat præconia, & auſu
Diſpare inexhauſtum lambere geſtit opus.
Depoſitum cœli, tot in una virgine dotes,
Sola tibi ſuppar ſcribere virgo poteſt.

ISAACVS GRVTERVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

LE Sr DE BALZAC

En sa lettre à Monsr. Girard.

MONSIEVR,

Il faut avoüer que Mademoiselle de Schurman est une merveilleuse Fille, & que ses Vers ne sont pas les moindres de ses merveilles. Je ne pense pas que cette Sulpitia, que Martial a si hautement loüée, en fist de plus beaux, ni de plus Latins. Mais qu'il y a de pudeur & d'honnesteté parmy les graces & les beautez de ses Vers! Que la vertu de son ame se mesle agreablement dans les productions de son esprit! Ie vous suis bien obligé de m'avoir fait connoistre cette merveilleuse Fille, & de m'avoir envoyé avec ses Epigrammes, l'eloquente lettre de Monsieur Naudé. Je vous renvoye le tout par mon homme, qui seroit party dés hier, sans vne fortune qui m'est arrivée, pour rendre plus que je n'ay reçeu. Sur le point que je

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

vous allois escrire, on m'apporta un Livre nouveau, duquel ayant voulu lire la Preface, voicy ce que j'y ay trouvé,

Habemus in urbe unius diei itinere hinc dissita, &c.

Si Monsieur de Saumaise est autheur du Livre & de la Preface, comme on me le mande, quand il s'en fera une seconde Edition, je le prieray qu'au lieu de *Gallicas Epistolas tales concinnat, ut vix meliores Balzacius,* il face mettre *multo minus bonas & minus Gallicas Balzacius.* Je croiray encore estre trop honnoré de ce temperament que j'apporte à mon honneur. Il y a de la gloire à estre si prés d'vne si excellente personne, de quelque façon qu'on y puisse estre, & dans une comparaison comme cele-là, le desavantage mesme est obligeant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

LUDOVICI JACOBI

à sancto Carolo, Cabilonensis Carmelitæ in Bibliotheca illustrium Fœminarum, quæ scriptis claruerunt.

DESUMPTUM.

ANna Maria à Schurman, in ditione Coloniensi hoc sæculo præclaris parentibus, sed proh dolor! à Religione nostra alienis, nata. Ab ipsa, uti videtur adolescentia, in morum honestate educata ac humanioribus literis impensè dedita, postea ingressa Philosophiæ fontes, atque abdita Theologiæ, in eruditissimam tandem Musam evasit. Undè crescente famâ, cum eminenti doctrinâ, sexus fœminei, nostra ætate, miraculum seu naturæ monstrum ob ingenii stupendi fœcunditatem, ab omnibus prædicatur & vocatur. Pari digna est laude, ob ingentem & inauditam linguarum cognitionem, nam (quod prodigiosum est) nullam sive Orientalem, sive Occidentalem ignorat. Versatissima est in lingua Hebraicâ, Chaldaicâ, Syriacâ, Arabicâ, Turcicâ, Græcâ, Latinâ, Gallicâ, An-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Anglica, Italica, Hiſpanica, Germanica, Belgica, & Batavica, ô res miranda! etiam in omnigenæ literaturæ ſtudio celeberrima. Hinc factum eſt, ut ſummam contraxerit amicitiam cum doctiſſimis quibuſque viris, qui nunc per Europam florent. Id comprobatum habetur ex diverſis præſtantiſſimorum auctorum teſtimoniis, inter quos quatuor in teſtes adduco. Primus omnium erit Gabriel Naudæus, Pariſinus, Eminentiſſimi Iulii Cardinalis Mazarini Bibliothecarius, vir æterna laude dignus, in Epiſtola ad Ioannem Beverovicium, Batavum, Medicum & Philoſophum eximium, quæ excuſa eſt Lutetiæ Pariſiorum anno 1642. *in* 8. *ad calcem* Famæ triumphantis Panegyrici de ANNA MARIA SCHVRMANA *ab erudito Poëta Dominico Gilberto, Cæſenate, Italicè editi.* Sed alium *(ait Naudæus)* quoque, BEVEROVICI *Clariſſime*, ſive teſtem meæ in te obſervantiæ, ſive laudum tuarum, & ANNÆ MARIÆ præconem, habes dudum in GVLIELMO COLLETE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

LETETO, vatum, qui nunc in Gallia caſtigatiſſimè ſcribunt, longè præſtantiſſimo. Hic enim ut ANNÆ MARIÆ præcellentem in omni diſciplinarum genere, quæ tractari inculpatè ab ingenuis hominibus poſſunt, ſolertiam, ut maxime omnium cognitam habet, ita maximè omnium efferre eam laudibus ubique ſolet, & memini nuper cum illum in amœniſſimo ſuburbano ſuo offendiſſem, multum ei ſermonem fuiſſe de mirabili naturæ providentia, quæ provectæ jam in ſenium, & emeritæ propemodum MARIÆ GORNACENSI, fœminæ tantâ eloquentiæ, ingenii, doctrinæque famâ præditæ, ut viris etiam doctiſſimis obſtruere poſſit, veluti ſuccreſcentem ANNAM MARIAM ſufficere voluerit, quæ ſequioris ſexus gloriam, pari cum illa ingenii acumine, nec minori forſan gloriæ ac nominis celebritate, apud æmulos homines ſuſtineret. Quin etiam rationi valdè conſentaneum eſſe dicebat, ut elogium

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

quo MARIÆ noſtrati, LIPSIVS homó Belga, & ingeniorum cenſor acerrimus, viam ad immortale decus munire cœpit; illud idem MARIÆ SCHVRMANÆ Belgicarum Virginum ſolertiſſimæ, Gallus aliquis reſtituat. Te verò quem præter alias lucubrationes ejus quoque Minervæ Batavæ panegyricum inſtituiſſe reſciverat, amavit propterea ſemper majorem in modum, & tunc etiam contendere à me non deſtitit, ut quoties tecum per literas confabularer, ſalutem tibi verbis ſuis nunciarem plurimam; nempe ea virtutis excellentia eſt, ut abſentes inter ſe connectat. *Hactenùs verba Naudæi. Sed præterea habet hæc Muſarum coryphæa alterum encomiaſten peritiſſimum, nempè Claudium Salmaſium, Divionenſem, qui non ſolùm ore, ſed etiam calamo ſemper, & ubique eam laudat: præſertim per honorificum de Anna perhibet teſtimonium* in Præfatione Obſervationum ad Jus Atticum & Romanum, *quam inſcripſit ampliſſimis ac omnium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

omnium humanissimis Fratribus Petro & Iacobo Puteanis, Parisiensibus. Quid veteres (*inquit*) memorias revolvimus, & quæ pridem fuere miramur, quæ fortasse nec fuere? Habemus in urbe unius diei itinere hinc dissita, &c. *Tertium obtinebit locum inter eximios* SCHVRMANÆ *Panegyristas Iacobus Crucius, Batavus, vir sanè doctus & eloquens, qui libro quinto Epistolarum, scribit Epistolam ad Minervam nostram, varias ejus doctrinæ laudes continentem, quam attexere huc destinavi, præcipuè ea quæ ad propositum uostrum faciunt.* Ne mirere (*inquit*) Virgo lectissima, quod meæ etiam ad te eunt literæ. Doctrina tua cujus jam pridē fama percrebuit, etiam ignotos blanda quadam vi, ad sui amorem & venerationem impellit: virtus arctissima animorum conjunctione, longè etiam remotos, devincit. Quanquam si rem recto judicii oculo æstimemus, notior ille nobis esse debet, de cujus doctrina, & virtute audivimus, quam cujus vul-

vultum vidimus. Quare cum insignes animi tui dotes, non pectoris cancellis inclusæ, lateant, sed in illustri famæ theatro collocatæ, ad nos quoque dimanarint, facile mihi spero veniam dabis, quod ad te scribo, cujus tam mihi nota virtus, quam ignotus vultus. Quid vultum dico? Hominem non externis illis, sed internis, ingenio nempe, doctrina, probitate, & modestia metiri didici. Adeò ut tam illos ignorem, quibus adsum, si sint mali, quam eos noscam, à quibus absum, si boni. In horum numero te posuit apud me literata tua virtus, ita mihi audita, & constanti bonorum sermone, tam altè in animo meo inhærens, ut neminem in Batavia nostra, videar nosse melius. Pulchrè dixit Plato: *Virtutem ornare hominem*; Si te vidisset, pulchrius; *hominem ornare virtutem.* Nam non ut lucus in lignis: ita virtus in verbis consistere putanda est. Praxi non theoria hic opus, & esse, quam videri, boni, malunt. Solo vitæ usu,

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

nec boni ſumus, nec homines: nam id quoque beneficium, in brutis natura indulſit. Doctrinæ fructum ille poſſidet, qui non ſapit modò rectè, ſed facit. Rarò fit, ideòque laudabilius, quod à raris. Tu mihi inter eos, quę doctrinam cum virtute conjungis. non minus eximiè, quam piè. Nam abſque ea quid ſodes eruditio noſtra? quid labores, in ſacro hoc Muſarum choro? Vin dicam? nihil. Conjuncta eminent: & fruſtra Muſas nobis, aut Sibyllas, fruſtra Pythias objiciat antiquitas: fruſtra Diotimam, aut Aſpaſiam Socratici: fruſtra Lælii & Hortenſii filias Romani, aut Corneliam Grachorum matrem *Et paulò inferius*, Perge tantum, & dum aliæ in vinculis illis conjugalibus, aureiſque compedibus ſibi placent & fuſum faſtidioſum tractant, aut colum; tu calamum: aut dum inter ſpeculum & pectinem otioſe verſantur, tu decima Muſarum, inter libros, mutos illos ſapientiæ magiſtros, & libera ab omni œconomiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

cura, ac liberorum, curis melioribus incumbe, quæ Muſas ſapiant, & earum veneres. Mirum, quid in virgineo illo ſtatu & otio literario indoles poſſit, ad alta nata, & quæ non tincta ſolum, ſed imbuta amœniore literatura, nominis ſui famam, doctis ingenii monumentis, ad poſteritatem propagat, & aræ æternitatis devovet. Quid enim ſcriptione tua, quid ſtilo terſius, quid venuſtius? Cujus ut ſtricturas aliquot vidi, in tuis nuper ad Colvium literis, non minori admiratione, quàm voluptate animum meum affecêre. Ita latinæ erant, & quamquam virginali gratia, & candore dulciſſimæ, mire tamen etiam ſententioſæ & graves. Quaſi ſub manu nata, tam polita ſunt, tam accurata, quid ſeria tandem, quid elaborata, & quæ, ut cum Poëta loquar *demorſos ungues ſapiunt?* Sed laudibus tuis (quas ignorare peregrini eſt, diſſimulare improbi) recenſendis impræſentiarum ſuperſedeo, ne quod mei moris non eſt, aſ-

ſentari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

sentari videar. *Hæc ille. Simili cohonestatur encomio, ab eodem auctore, qui jure merito de Anna dicere potest, numquam satis, ubi materia superat opus. Audiamus igitur illum de novo, eam, heroico carmine laudantem libro* V. *Epistolarum pag.* 528. *& seqq.*

Doctrinæ stat fixus honos. Musisque perennat
Gloria, Pieridumque decus, dum transvolat annos,
Æternum sibi longa parat post secula nomen.
Captet Avarus opes, petat Ambitiosus honores,
Et trabeas votis ardentibus ambiat: At tu
Rectius ô quanto Aonidum SCHVRMANA *Sororum*
Delitiæ, quæ desidias, & marcida luxu
Otia, degenerumque nimis contagia morum
A cunis exosa tuis, pietatis amorem
Materno cum lacte bibis, pia semina laudum,
Virtutumque exempla dabant, generosa parentum
Nomina. Mox tacito paulum provectior ævo
Doctrinæ (neque enim piguit subiisse labores)
Fundamenta jacis, studiisque intenta, tenellam
Ætatem antevenis meritis, progressibus ornas:
Impatiensque moræ, doctas prætexta Camœnas
Aspicit, & primis Pallas se ostentat in annis
Ingenii præsaga tui, laudisque futuræ
Entheus ardor agit, docilemque per ardua ducit
Mascula vis; haud tarda sequi, quacumque patenti
Ad Musas datur ire via. Nox omnis in usu est
Et lucis pars nulla vacat: preciumque labori
Ponis, & Aonias meditaris pectore lauros,
Doctrinæ secura tuæ: generosa calorem
Mens stimulat, viresque acuit. Velut intus aquæ vis
Cum furit, & magno oppositam premit agmine molem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Perrumpit discenda labor; stant præmia cœptis
Virtutemque rependit honos: non invia rerum
Culmina deterrent animum; sed ut altus Olympi
Celsior exurgit vertex, cum nubibus actos
Præcipitat nimbos, & rauca tonitrua Cœlo:
Libera sic tibi mens, per tanta negotia victrix
Emergit, similisque sui. Tu conscia rerum
Dic mihi Calliope (nec enim sine numine tantùm
Virgineus se prodit apex, & gloria Nympha)
Dic linguas quas VNA *tenet, quas ore rotundo*
Prompta loqui, doctisque simul committere chartis
Audet ovans. Te sævus Iber, te Teuto, Britannus,
Nympha stupent, teque Hebræa, Latiaque Camœna
Suspiciunt, te Celta colit, te solibus ustus
Laudat Arabs, atque una inter ditissima linguas
GRÆCIA *miratur tantas in Virgine dotes.*
Rarus honos! Quid enim potuit sublimius unquam
Fœmineo prodire sinu? quid dignius? At nec
Hoc durus stat sine labor. Præconia poscit
Ingenitus majora pudor: juvenilibus annis
In linguis sudasse parum, mentemque, animumque
Nobilior jam cura coquit, nec sufficit uno
Eminuisse modo. Magni præcepta Platonis
Doctaque scrutari Stagiræi scripta Magistri
Est animus, dum Fata sinunt, Sophiæque latentis
Arcanas penetrare vias. Academia, nec non
Iam Latium, jam Stoa placent, jam Cecropis artes,
Brachmanumq; schola: dum non nisi splendida spiras,
Æternumque struis ventura in secula nomen,
Dumque artes ex arte trahis. Quis mente repostas
Virgineâ virtutis opes? quæ Musa labores
Digna canat? seu vasta juvat confinia celsi
Ingenio lustrare Poli, gelidumque Booten,
Eridanumq;, Lyramq;, Aquilã, tum quicquid ab alto
Natura miratur honos: seu viscera terræ
Rimari sit cura tibi pecudesque feraque,

Aus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Aut plantas quas fœta parit, pictaſque volucres,
Indigenaſque maris, medioque natantia ponto
Monſtra, tui totidem ſunt argumenta laboris.

Paulò inferius.

Pergis ad hæc (neque enim veteres exoſa labores)
Is curis SCHVRMANNA *comes ſublimibus. Alta*
Ingenium ſublime decent. Quid priſca revolvam
Sanctorum monumenta Patrum? quid docta Rabinûm
Scripta, quid arguti ſubtilia dogmata Thomæ?
Quid Floros, Taciteſque, & Grajis credita faſtis?
Eximioſque olim natos ab Apolline Vates
Commemorem, quos docta legis? Majoribus inſtat
Ardua vis animi, ſtudiiſque innata cupido
Expleri, paſcique nequit. Non ulla puellæ
Lingua ſatis. Quos Perſa ſonos, quæ verba loquuntur
Æthiopes, tum qua Samaritum gratia linguæ
Diſcere amas, ſummoſque viros conatibus æquans,
Occultum nihil eſſe ſinis, metaſque latentes
Intrat, & abſtruſos perrumpit fama receſſus.

Idem etiam paulò inferius.

Præclaris neque enim (mirabile dictu)
Artibus emicuiſſe ſatis, nec docta mereri
Aonidumque, virumque ſimul ſuffragia; Laudis
In partem venere manus. Ventura ſtupebis
Poſteritas, cum Lyſippos in Virgine cernes
Parrhaſioſque Orco reduces, redivivaque Apellis
Ingenii monumenta vagus mirabitur Orbis:
Omnigeniſque elementa ſuis expreſſa figuris
Excuſis certare typis, nec cedere prælis,
Tantus amor calami! tanti eſt inſignibus annos
Artibus excoluiſſe! levi ſeu ſculpere cœlo
Fert animus, ſeu pingere acu, variaſque animantum
Effigies, florumque altis inferre tapetis,
Naturamque æquare manu, dum candida fuſcis
Lilia contexis violis, & germina formis
Diſparibus, Tulipamque ſuo quæ cærula fundo eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Aut umbone rubet, decus aut regale Coronæ
Threjiciis quæ missa plagis, nardumque, rosasque
Quæ superent candore nivem, vel odoribus Hyblam,
Arte refers, pretioque beas. Quid multa? sonoros
Vranie tibi diva modos, Polyhymnia cantus
Suggerit, & molles docet in testudine nervos
Virginea pulsare manu, cytharaque, chelyque,
Formosam resonare tuas Amaryllida Musas.
Non semper scrutanda placent. Districta jocoso
Miscetur decori virtus, mentisque benigna
Temperies, doctique sales. Alterna Camænas
Otia blanda juvant. Non intermissa colonis
Fertilitas exhaurit agros, studiisque negatum
Stare diu, si fessa sui sub mole fatiscant.
Danda quies animo. Magnus sic fertur Achilles
Armorum strepitus inter, lituosque, tubasque
Indulsisse jocis. Non si Parnassia Musæ
Antra mihi sacrosque aditus, atque aurea pandant
Limina, commemorare tuæ præconia laudis
Sufficiam, nostroque amplecti singula versu.

Quid mihi fœminei quondam miracula sexus,
(Pieridum immortale decus) doctasque Sibillas,
Praxillam, Telesillam, & Graccham cana Vetustas
Objicis? ingenio claram, quid Gracia mendax
Aspasiam, & quæ sacra tuis sunt nomina fastis?
Hic major se prodit honos: supereminet omnes
SCHVRMANNÆ *Aonio prolutum nectare pectus,*
Et celso mens nata Polo. Te Fama nepotum
Ingenii mirata decus, vitæque labores,
Per terras, pelagusque vehat, lauroque superbum
Nomen eat, quæ se Thracum Mavortia tellus
Pandit, & algentem Rhodope procurrit in Æmum:
Qua Macedum per saxa fremit spumantibus undis
Axius, herbosæque tegunt Alyacmona ripæ,
Huic uni libasse satis.

Quar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Quartus & ultimus virtutum Schurmannarum perpetuus admirator (ut propriis auctoris verbis utar) erit Jacobus Martin, Parisinus, adolescens de re literaria bene meritus, qui in laudem incomparabilis Heroinæ nostræ sequens Epigramma, & succinctum elogium concinnavit, cujus beneficio acceptum nos hîc damus.

Gracchorum matrem fileat Romana vetustas,
Et taceat Sappho Græcia victa suam.
Cedite Romanæ, Græcæ quoque cedite Musæ,
Nescio quid Batavo majus in orbe micat.

Δίγλωττός τις (*inquit Galenus lib. 2. de puls. diff.*) ἐλέγετο πάλαι, καὶ θαῦμα τότ' ἦν ἀνθρώπῳ ἓν ἀκριβῶν διαλέκτους δύο. *Bilinguis olim quidam dicebatur: eratque res miraculo mortalibus, homo unus duas exacte linguas tenens.* Quid obsecro dicturus Princeps ille Medicorum, si hoc sæculo revixisset, videretque nobilissimam simul, & doctissimam Virginem, non δίγλωττον aut τρίγλωττον, neque etiam πεντάγλωττον, sed (ut novo & inaudito, in re similiter nova atque inaudita utar vocabulo) παντάγλωττον? Tot enim linguas intelligit ANNA, ut vix duas perfecte loqui credi possit; rursus unumquodque idioma tam exacte callet & loquitur, ut in singulis ediscendis totum otium suum contrivisse videatur. Possunt jam audacter nationes omnes suis quæque linguis ANNÆ Panegyricum conficere, nec vereri debent ne ab ipsa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

exaudiantur, quæ omnes intelligit: illu
certe ingenio suo & doctrina consecuta e
Virgo famâ super æthera nota, ut nation
pene omnes ANNÆ laudibus personante
intelligat, jamque

Vnus Schurmanæ famæ non sufficit orbis.

Patere, quæso, Clarissimum totius Europæ sidus, & immortale literarum decus, hoc qualecumq; tuarum virtutum præconium,

Hancque hederam virides inter tibi serpere lauros!

Hæc Iacobus Martinus. Illud æternum Musarum jubar & ornamentum in Gymnasio Vltrajectino apud Batavos magnum nomen & apud Magnates, præsertim inclytas Reginas Annam Austriacam Galliarum & Navarræ, & Ludovicam Mariam Gonzagam Vladislai IV. *Poloniæ Regis Conjugem (quæ Annam Vltrajectum invisit die 26. Decembris 1645. dum in Poloniam profecta est) non minorem sibi conciliat auctoritatem. Tandem ad id quod intendimus, deveniamus, & quæ doctrinæ monumenta posteris hactenus tradiderit hæc Minervæ, aspiciamus. Scripsit igitur eleganti Stylo Latino.*

De vitæ humanæ termino Responsum, *sive* totius disputationis Terminum. *Lugduni Batavorum, ex Officina Ioannis Maire 1639. in* 4. Studio *Ioannis Beverovicii, cum aliis celeberrimis Philosophis ejusdem argumenti Auctoribus. Prodiit etiam* idiomate Batavico, *Dordraci. 1639. in* 4.

Dis-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Dissertationem de ingenii muliebris ad doctrinam, & meliores doctrinas aptitudine. *Lugduni Batavorum ex Officina Elzeviriana* 1641. *in* 8. Quam *eloquentissimo sermone Gallico reddidit eruditissimus Poëta laureatus Guilielmus Colletetus, Parisinus.*

Epistolas aliquot *de eodem problemate* inter Annam Mariam à Schurman & Andream Rivetum, Pictaviensem, Theologiæ Doctorem Calvinistam, *Lugduni Batavorum, ex Officina Elzeviriana* 1641. *in* 8. Eas *quoque Gallicas fecit præfatus Guilielmus Colletetus, cujus beneficio & singulari erga me amicitia legi in ejus præclaro Musæo San-marcello Parisino.*

Epigramma Latinum *ad Ioannem Isaacium Pontanum Historiæ Gelricæ Scriptorem*, quod *legi ante prædictam Historiam* in folio *editam.*

Epigramma responsivum *ad Constantinum Hugenium* ad occultum Apollinis cujusdam ad lucem me provocantis oraculum. *Legi etiam* inter *Constantini Hugenii* Epigrammata lib. 2. pag. 92. & 93.

Epigramma Latinum *in auctorem Historiæ Vltrajectinæ. Quod etiam perlegi ante relatam Historiam.*

Epigramma aliud Latinum *de Historia fabulosa alterius Batavæ Annæ Mariæ Schurmanæ, quod legi, sed ineditum quod sciam.*

Epigramma Latinum. *In obitum Ioannis Polyandri editum Lugduni Batavorum* 1646. *in folio*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

lio cum Oratione funebri *Polyandri.*

Carmina varia, Latina & Batavica *scripsisse compertum habeo ex relatione Doctissimi Nicolai Heinsii, magni Danielis filii, nuper Parisiis degentis. Præterea scripsit,*

Epistolam eloquentissimam Latinam *ad Iacobum Crucium.* Quam *legi inter Epistolas Crucianas lib. 5. pag.* 514. *&* seqq.

Epistolas duas *ad Ioannem Beverovicium. Quas etiam vidi* inter Epistolicas quæstiones *prædicti Beverovicii Roterodami, sumptibus Arnoldi Lers,* 1644. *in* 8. editas *Latinè.*

Epistolas alias Latinas *ad Adolphum Vorstium, Andream Colvium, & Iacobum Lydium: Et hi vicissim ad eam. Quas quoque perlegi* editas.

Epistolas Gallicas *etiam* eloquentissimas *concinnavit & scripsit ad Annam Austriacam Galliarum & Navarræ Reginam Christianissimam, Armandum Cardinalem Ducem Richelium, Mariam Iarsiam Gornacensem & Carolum Ducheſnium Medicum Regium.* Quas *vidi MSS. præsertim* illas *ad Mariam Gornacensem, ut retuli in ejus elogio,* easque *asservat in suo Musæo eloquentissimus ac eruditissimus Historiographus Regius Franciscus de la Mothe le Vayer, cujus singulari erga nos benevolentiâ perlegimus.*

Epistolas Latinas & Græcas eloquentissimas *ad Ioannem Beverovicium, quas ipse asservat in Musæo, ut habeo ex dicti Beverovicii Epistola ad eruditissimum Guidonem Patinum, Doctorem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

rem Medicum Parisiensem Dordrechti, die 23. Maii, 1646. scripta, & ab ipso mihi communicata. Ex hac epistola etiam colligo Annam scripsisse Epistolas Hebraicas & Arabicas nonnullas.

Alia ejus scripta licet non pauca hactenus me latent. Quotidie enim varia componit & scribit. Omne nunc studium in sacra Scriptura ponit.

Vivit hoc Musarum delitium Vltrajecti in Hollandia hoc anno salutis 1646. dùm hæc scribimus circa annum ætatis suæ Trigesimum quartum.

De Annæ Mariæ Schurmanæ *laudibus & scriptis perhonorifica reddunt testimonia Iacobus Castius* in Poëmate Belgico, *Zachutus Lusitanus, Medicus*, in Historia Medicorum, *Valerius Andreas Desselius* in Bibliotheca Belgica, 1643. *in* 4. edita. *Gabriel Naudæus*, loco citato, *Dominicus Gilbertus*, *Cæsenas*, in Famæ triumphantis Panegyrico de Anna Maria à Schurman, *Gabrieli Naudæo* dicato. *Maria de Iars Gornacensis* libro de æqualitate hominum & fœminarum *ac* in Epistolis *ad Annam* scriptis. *Gaspar Barlæus* lib. Epigrammatum. *Constantinus Hugenius* Ibid. *Andreas Rivetus* in Epistolis *ad Annam. Adolphus Vorstius* Ibid. *Andreas Colvius* ibid. *Jacobus Lydius* Ibid. *Ioannes Beverovicius* ibid. *Iacobus Crucius* ibid. *in Mercurio Batavo à pag. 507. usque ad 536. Lazarus Meyssonnerius, Matisconensis, Medicus Lugdunensis* in Epistolis *ad I. Beverovicium, Claudius Salmasius* loco relato. *Daniel Heinsius*

Carmina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Carmina *in ejus laudem luſit Guilielmus Colletetus* in Præfatione in Verſionem Diſſertationis de ingenii muliebris ad doctrinam & meliores doctrinas aptitudine, & in vitis Poëtarum, nempe in vita Mariæ de Romieu. *Iacobus Martinus* loco citato. *Ego etiam* in Tractatu Gallico, *de præſtantiſſimis totius Orbis Bibliothecis* in Appendice *pag.* 29. *nec non* in elogio *Mariæ Iarſiæ Gornacenſis. Carolus Ducheſnius ſupra relatus* in Epiſtola quam præfixit Diſſertationi de ingenii muliebris &c. *Paulus Iacob Lugdunenſis* in Elogio Gallico Annæ Mariæ Schurmanæ; *R. P. Hilarion de Coſte Ordinis Minimorum*, in Præfatione Elogiorum illuſtrium Mulierum. *Franciſcus Colletetus Guilielmi Colleteti filius in Epigrammate Gallico ad Annam Mariam Schurmanam.*

AD-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

ADVERTISSEMENT AU LECTEVR.

Les Imprimeurs eſtans à la fin de ceſt ouvrage, ces lettres ſuivantes ſont tombées entre leurs mains, c'eſt pourquoy on ne s'eſtonnera pas, de ne les voir pas en leur ordre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A MONSIEUR
MONSr DE SAUMAISE
Chevalier & Conſeiller d'Eſtat du
Roy de France.

MONSIEVR,

Il y a quelque temps que je vous ay teſmoigné par ma derniere lettre le reſſentiment que j'ay, & auray toute ma vie de tant d'honneur que nous avons reçeu dernierement chez vous. Depuis Monſ. ****** m'a eſcrit touchant l'edition de quelques unes de mes Lettres, & notamment de celles que vous tenez de moy afin de les joindre aux autres; mais puis qu'il me ſouvient que vous avez jugé ſi favorablement de celle qui ſe rapporte à voſtre Traicté de la Transſubſtantiation, comme ſi elle eut merité quelque place dans l'edition de celuy de la Meſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Meſſe, que vous avez en main; je ne voudrois point qu'elle fuſt privée d'un ſi beau jour, d'ou elle emprunteroit tout le luſtre, qu'elle n'a pas de ſoymeſme. Quant à moy certes, je ne puis m'imaginer qu'il en reviendra grand profit au public: mais ce m'eſt aſſez de contentement de faire ceder mes opinions à celles de mes amis. Je deſirerois ſeulement une choſe, que l'aigreur du ſtyle de controverſe fuſt aucunement addoucie par quelque advertiſſement au Lecteur, qu'elle n'avoit eſté deſtinée qu'à une conference privée. Pardonnez à ma franchiſe que je vous arreſte à ſi peu de choſe. C'eſt que je me fie à voſtre bonté & amitié comme celle qui eſt

MONSIEVR,

Voſtre tres-humble & tres-obligée ſervante

d'Vtrecht ce 26. de Nov. cIↃ IↃ C XLVII.

A. M. de SCHVRMAN.

A MON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A MONSIEUR
MONS^r DE SAUMAISE
Chevalier & Conseiller d'Estat du
Roy de France.

MONSIEVR,

L'excuse de vostre silence est si juste & si legitime, que je n'ay point raison de me plaindre que de l'excés de vostre industrie & civilité ; laquelle vous a porté à me rendre des offices, qui dans l'estat ou vous avez esté, n'ont pû vous apporter que de l'incommodité. Neantmoins j'ay esté fort rejoüie que vous m'avez adverti de vostre meilleure disposition. Et j'espere qu'à ce renouveau prochain nostre bon Dieu renouvellera vos forces, comme celles d'un aigle rajeunissant. De mesme j'ay esté bien aise d'entendre que la lettre, que j'ay pris la hardiesse de vous escrire en une langue moins usitée, ne vous a pas ennuyé : mais qu'au contraire vous l'avez si bien

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

reçeu, & luy donné tant d'avantage qu'elle ne releve que de voſtre pure faveur; dont les obligations me tiennent tellement enchaiſnée qu'au lieu de m'acquitter des vieilles, je ne fay que contracter des nouvelles. Le preſent qu'il vous a pleu me faire dernierement, n'a point ſeulement apporté du luſtre à mon eſtude; mais auſſi des belles lumieres à mon eſprit. Certes à mon opinion la recerche de ce ſujet n'eſtoit point indigne de voſtre incomparable ſçavoir, qui ne reçoit pas d'autres bornes que celles de tous les ſiecles enſemble; & il y falloit un œil clair voyant & penetrant dans les plus reculez cabinets de l'antiquité, comme le voſtre, pour decouvrir un erreur ſi deguiſé & ſi communement receu que celuy des Ans Climacteriques. Vous avez monſtré que les termes par les abus des hommes changent ſouvant leur premiere ſignification; & que celle de noſtre temps eſt ſi differente en ce poinct,

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

de celle des anciens, qu'il ne nous en reſte rien que le maſque. Or pour diſgracier ces vanitez tout d'un coup, vous avez fait bien à propos l'Hiſtoire de leur origine, qu'elles ont pris du fonds de la ſuperſtition & de l'idolatrie payenne. De plus j'ay eſté tres-ſatisfaite d'avoir veu vos ſentimens touchant l'Aſtrologie, qui fait icy une des principales parties: puis qu'une tres-illuſtre perſonne m'a donné autrefois occaſion de luy en declarer les miens en une lettre qu'on à deſtiné à la preſſe; leſquels, combien que je ne les aye propoſé que fort generalement, & par maniere d'acquit; ſi les trouverez vous du tout conformes aux voſtres. Pour finir, je ne puis m'empeſcher de vous preſſer encore ſur voſtre promeſſe (j'interprete ainſi les dernieres paroles de voſtre Livre) que vous nous communiquerez un jour voſtre traicté *De termino Vitæ*; lequel (comme vous auſſi l'avez remarqué) approche & depend au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

cunement de ceſtuy-cy. En ce faiſant vous obligerez grandement & le publiq d'un bien ſi long temps deſiré, & tres-particulierement celle qui eſt

MONSIEVR,

Voſtre tres-humble & tres-obligée ſervante.

D'Vtrecht ce 18. de Mars cIↃ IↃ C XLVIII.

A. M. à SCHVRMAN.

A MA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

A MADAME
MADAME DE SAUMAISE.

MADAME,

La Lettre que j'ay eu l'honneur de recevoir de voſtre main, porte des caracteres ſi illuſtres de ceſte bonté & courtoiſie extraordinaire, dont il vous a pleu nous recevoir dernierement chez vous, que je la garde, comme un treſprecieux tableau & gage de vos genereuſes faveurs. Et de fait je ne penſe pas avoir ſi bien rencontré en faiſant mon pourtrait (lequel vous avez jugé digne de voſtre approbation) que vous y avez exprimé parfaitement les marques de voſtre tres-noble & tres-liberal genie, me remerciant de ce que je vous dois, & vous chargant des obligations que je vous ay, & auray toute ma vie, comme celle qui eſt veritablement,

MADAME,

D'Vtrecht Ce 18. de Mars 1648.

Voſtre tres-humble, tres-obeiſſante, & tres-obligée ſervante,

A. M. DE SCHVRMAN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6

Je vous preſente icy un petit eſſay de ma Muſe, & de mon ciſeau, en recognoiſſance de tant de bien-faits que j'ay reçeu de vous, & j'eſpere que l'occaſion nous naiſtra un jour de vous en pouvoir teſmoigner plus amplement mes reſſentimens.

Typographus Lectori.

Mendas, quæ in his Opuſculis occurrent, Benevole Lector, non Nobiliſſimæ iſti Virgini imputabis, ſed vel Tranſcriptorum vel Operarum incuriæ, & ipſe pro candore tuo corriges.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
188 L 6